

res novis atemporeo coperitum.


... **S**...

EVIDA ... **D**...

na patrum nostrorum ... **F**...

Audare ... **S**...

... **A**...



0069



F. d. 211


Antiquar.


Jul.

Th. hist. v. VIII 376.



W





HISTORIA
PASSIO-
NIS, MORTIS, SEPULTURAE ET
Resurrectionis Iesu Christi, Interro-
gationibus & Obiectionibus ex-
plicata: & Iconibus arti-
ficiosè expressa.

*In gratiam & usum Scholarum pueri-
lium, ut separatim prælegi &
enarrari pueris possit.*

LVCA LOSSIO Lunenburgensi
Autore.

*Eadem carmine Eleg. reddita, per Ioan.
Loniterum, Filium.*

ACCESSIT ITEM ODE SAP-
phica, in Christi filij Dei natiuitatis gloriam
conscripta, per Ioan Lonice-
rum, Patrem.



HELII EOBANI HESSI
ad Imaginem Saluatoris.

Passé Deus pro me tot uulnera, passé dolores
Innumeros, poenas, probra, flagella, crucem?
Respice me nimia peccati mole grauatum,
Et miserere humili uoce precantis opem.
Da dextram misero, de sordibus erue tam is,
in quibus immersum me mala uita tenet.

LVCAS

LVCAS LOSSIVS,

Christiano puero S. D.



Voties aspicias has tabel-
las seu icones, Christiane
ne puer, cogitabis sem-
per de causa, propter
quam filius Dei tanto pe-
a. è semetipsum longè infra omnes
creaturas abiecit, ut non solum no-
stram immundam & infirmam carnem
induerit, sed subierit etiã acerbissimã
& ignominiosam mortem, crucis sci-
licet, ut Apostolus ad Philippenses,
cap. 2. uocat, inquit: Christus Ie-
sus cùm esset in forma Dei, non rapi-
nam arbitratus est, ut æqualis esset
Deo, sed semetipsum inaniuit, forma
seruĩ sumpta, in similitudine homi-
num constitutus, & figura repertus
ut homo, humilem præbuit semeti-
psum, factus obediens usq; ad mortem,
mortem autem crucis. Hæc causa
tantæ abiectionis filij Dei, ut breui-
ter hic dicam, sunt tua, sunt mea, sunt
totius humani generis enormia &

A 4

P R A E F A T I O

multiplīcia peccata, quæ filium æterni patris de cœlo detraxerūt in hunc mundum, sudantem propter nos sanguinolentum cruorem in horto, pendentem in cruce, & magna uoce clamantem: Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti?

Quod si homines prophani & securi uerē agnoscerent magnitudinē horrendæ iræ Dei aduersus peccatū, & rursus immensam misericordiam & amorem eius erga perditū humanum genus considerarent, quod unicum filium suum ad nos perditos homines, ē cœlo Redemptorem demissit, nequaquā tanta securitate, & contemptu iræ Dei, & impendentium æternarum pœnarū gehennæ, peccatis indulgerent, passionem & mortē filij Dei non tanta impietate cōtemnerent & blasphemarent.

Nos autem, qui infinitam uirtutē, dignitatem, & causas mortis filij Dei aliquo modo intelligimus, gratias ex animo agamus Deo æterno & misericordī patri Domini nostri Iesu Christi,

Amē,


P R A E F A T I O. 3

sti, & nostro, quod hunc suum unigenitum filium, coaeternam & expressam imaginem substantiae suae, & splendorem gloriae, precium seu λύτρον nostrae redemptionis nobis ex immensa bonitate dedit: & discamus & meditemur quotidie diligentius causas tam admirandi & arcani operis. In quo haec breves Interrogationes, & Icones seu tabellae ad vivum sane expressae, non parum, ut spero, cogitationem tuam adjuvabunt. Bene vale. Datum Luneburgae Saxonum. Anno M. D. LI. octavo Kalendas Aprilis. Quo die filius Dei natus est, crucifixus, & sepultus, anno aetatis suae

34.

A 3

HISTORIA PASSIONIS
DE PASSIONE,
 MORTE, SEPULTURA, ET RE-
surrectione Iesu Christi, Domini & Seruatoris
nostri, qui dedit semetipsum pro nobis precium
redemptionis, ut nos ab omni iniqui-
tate redimeret.



Quæ sunt præcipuè consideranda in hi-
 storia de Passione, morte, & sepul-
 tura Iesu Christi Domi-
 ni nostri?

Primum, Quid passus sit. Secundò, Cur passus
 sit.

Sit. Tertio, Quomodo participes reddamur fructus passionis eius. Quarto, Quomodo uti debeamus eius passione. Quinto, Cuius nos admoneat et passio et mors Christi. Sexto, Quid debeamus Deo pro tanto beneficio redemptionis nostrae.

Quid est passus?

Interiè sensit horrendam iram Dei aduersus peccata nostra, quorum poenam in se deriuauit. Externè prehensus et uinctus est, percussus, sputo foedatus, affectus contumelia, caesus flagris, corona spinea coronatus, propriam crucem gestauit, cruci est affixus, et mortuus.

Cur hæc omnia filius Dei passus est?

Propter peccata nostra, quorum poenam ipse sustinuit, ut nobis esset pax, et uenia concederetur, ut inquit Esaias.

Quomodo reddimur passionis Christi participes?

Per fidem, cum statuimus Christum propter peccata nostra passum esse, et placasse nobis sua morte aeternum patrem.

Quomodo uti debemus passione Christi?

Dupliciter. Primum, ut dono, quo in terroribus peccati, mortis, et inferni nos consolemur. Secundo, ut exemplo, quod in cruce et afflictionibus nostris patienter ferendis, imitemur.

HISTORIA PASSIONIS
Quorum nos admonet passio
filij Dei?

Primum, horrendæ iræ Dei aduersus peccata
nostra, quam solus filius Dei sua morte placare po-
tuit. Secundo, immensæ misericordiæ Dei, quod
eternus pater maluit unigenitum suum filium tam
miserandis modis tractari, et mori corporaliter,
quam totum genus humanum perire in æternum,
quod ad sui imaginem condiderat.

Quid debemus æterno patri, &
filio eius, pro tanto bene-
ficio?

Tria, Primum, ut gratis animis, & fide ample
ætamur tam inenarrabile beneficium. Secundo,
ut patienter & nostram crucem feramus. Ter-
tio, ut proximo nostro egenti omnibus officijs,
quibus possumus, inserviamus, quemadmodum Deus
inservijt nobis.

Quomodo aptè distribuitur
historia, ut melius reti-
neri possit?

In quatuor Actus.

PRI-

IESV CHRISTI.

9

PRIMVS ACTVS

PASSIONIS IESV CHRISTI.

Matthæi XXVI. Marci XIII.

Luce XXII. & Ioan-
nis XVIII.

Vulnera fert Christus, colaphos, mortemq; cruen
Ponitur offensi sic grauis ira Dei. (tam
Egreditur mœstus, sudat, luctatur, & orat,
Traditur hic, hostis prenditur atq; manu.

TEXTVS,




T cum hymnum ceci
nissent, egressus Iesus
ibat, ut solitus erat,
trans torrentem Ce-
dron in montem oliuarum. Secu-
ti sunt autem illum & discipuli.
Tunc dicit illis: Omnes uos scan-
dalum patiemini in me in ista no-
cte. Scriptum est enim: Percutiã
pastorem, & dispergentur oues
gregis. Postquam autem surrexe-

A 5

HISTORIA PASSIONIS

ro, præcedam uos in Galilæam.
Respondēs autem Petrus, ait illi:
Et si omnes scandalum passi fue-
rint in te, ego tamen nunquā scan-
dalum patiar. Ait illi Iesus: Amen
dico tibi, quòd hodie in nocte
hac priusquàm bis gallus cecine-
rit, ter abnegabis me. At ille uehe-
mentius dicebat: Imò si me oportuerit commorari tibi, non te abne-
gabo. Similiter autem & omnes
discipuli dicebant.

Tūc uenit Iesus cum illis in uil-
lam, quæ dicitur Gethsemani, ubi
erat hortus, in quē introiuit ipse
& discipuli eius. Nouerat autem
& Iudas proditor eius locū, quia
frequenter Iesus conuenerat illuc
cum discipulis suis. Tunc Iesus ait
illis: Sedete hic donec uadam, &
orem illic. Et assumpto secum Pe-
tro



tro & Iacobo & Ioanne duobus
 filijs Zebedæi, cœpit expauesce-
 re, dolere et grauitèr angi. Et dicit
 illis; Tristis est anima mea usq; ad
 mortem. Manete hic & uigilate
 mecum, orantes ne intretis inten-
 tationem. Et progressus pusillum
 ab eis fermè ad iactum lapidis, po-
 sitisq; genibus, procidit in faciem
 suam

HISTORIA PASSIONIS

suam prostratus in terram, & ora-
uit, ut si possibile esset transiret à
se hora, dicens: Abba pater mi, o-
mnia possibilia sunt tibi, si possi-
bile est, transeat à me calix iste, ue-
runtamen nō sicut ego uolo, sed
sicut tu. Et uenit ad discipulos, &
reperit eos dormiētes, & dicit Pe-
tro: Simon dormis? Adeò nō po-
tuistis una hora uigilare mecum?
Vigilate & orate, ut ne intretis in-
tentationē. Spiritus quidem prō-
ptus est, sed caro infirma.

Rursus altera uice abiit, & ora-
uit, dicens: Pater mi, si non potest
hic calix transire à me, nisi bibam
illum, fiat uoluntas tua. Et reuer-
sus inuenit illos iterum dormien-
tes. Erant enim oculi eorum gra-
uati, neq; sciebant quid responde-
rent. Et relictis illis, iterum abiit.
&

IESV CHRISTI. ↗

et orauit tertio eundem sermone,
dicens: Pater, si uis, transfer cali-
cem hunc a me, ueruntamen non
mea uoluntas, sed tua fiat.

Apparuit autem illi angelus de



caelo,

HISTORIA PASSIONIS

caelo, confortans eum. Et correptus labore, prolixius orabat. Et erat sudor eius sicut guttę sanguinis decurrētes in terram. Et cum surrexisset à deprecatione, uenissetq; ad discipulos suos, reperit eos dormientes præ moestitudine. Et ait illis: Dormite posthac & requiescite: quid dormitis? Sufficit. Ecce appropinquauit hora, & filius hominis traditur in manus peccatorum. Surgite, eamus, ecce appropinquauit qui me tradit, orate autem, ne intretis in tentationem.

Et continuō adhuc eo loquente, ecce ludas unus è duodecim, accepta cohorte & ministris à pontificibus ac Phariseis & senioribus & Scribis, antecedēs turbam multam, uenit illuc cum laternis

ac

ac facibus, cū gladijs & fustibus.
Dederat autem hic proditor cō-
mune signum illis, dicens: Quem
cunq; osculatus fuero, is est, com-
prehendite illum, & abducite cau-
tè. Iesus itaq; sciens omnia que uē-
tura erant super se, processit ac di-
xit eis: Quem queritis? Respōde-
runt ei: Iesum Nazarenum. Dicit
eis Iesus: Ego sum. Stabat autem
& Iudas, qui prodebat eum, cum
ipsis. Ut ergo dixit eis, ego sum, ab-
ierunt retrorsum, & ceciderūt in
terram. Iterum ergo interrogauit
eos: Quem quæritis? Illi autem di-
xerunt: Iesum Nazarenum. Re-
spondit Iesus: Dixi uobis, quòd
ego sim. Si ergo me quæritis, sini-
te hos abire: ut impleretur ser-
mo, quē dixerat: Ex ijs quos dedi-
sti mihi, non perdidit quenquam.

Et

HISTORIA PASSIONIS



Et appropinquauit Iesu Iudas,
ut oscularetur eum. Confestimq;
accedens, dixit: Rabbi aue, ac de-
osculatus est eum. Dixitq; illi Ie-
sus: Amice ad quid ades? Iuda o-
sculo filiū hominis prodis? Tunc
accesserunt & manus suas iniiece-
runt in Iesum, & comprehende-
runt eum. Videntes autem n̄ qui
circa

IESV CHRISTI.

9

circa ipsum erant, quod futurum
erat, dixerunt ei: Domine, percu-
tiemus ne gladio?



Simon ergo Petrus cum habe-
ret gladium, eduxit eum, & per-

B

HISTORIA PASSIONIS

cussit summi sacerdotis seruum,
& abscidit auriculam eius dexte-
ram. Erat autē nomen seruo Mal-
chus. Respondens autem Iesus,
ait: Sinite hucusque. Et ait Petro:
Immitte gladium tuum in uagī-
nam. Omnes enim qui acceperint
gladium, gladio peribunt. An pu-
tas quòd non possum nunc roga-
re patrem meum, & exhibebit mi-
hi plus quàm duodecim legiones
angelorum? An non bibam cali-
cem quem dedit mihi pater. Quo-
modo ergo implebuntur scriptu-
ræ? quia sic oportet fieri. Et cū
tetigisset auriculam serui, sanauit
eum. In illa autem hora dixit Iesus
ad eos, qui uenerant ad se, princi-
pes sacerdotum, & magistratus
templi, & seniores: Tanquam ad
latronem existis cum gladijs & fu-
stibus

IESV CHRISTI. 10

stibus ad cōprehendendum me,
quotidie apud uos sedebam do



cens in templo, et non extendistis
in me manus. Sed hæc est hora illa

B 2

HISTORIA PASSIONIS
uestra, & potestas tenebrarum,
ut impleantur scripturæ. Hoc au-
tem totum factum est, ut comple-
rentur scripturæ prophetarum.
Tunc discipuli omnes, relicto eo,
fugerunt. Et unusquisque iam adole-
scentulus sequebatur illum, ami-
ctus sindone super nudum, & cõ-
prehendunt illū adolescentuli. Ille
uerò relicta sindone, nudus effu-
git ab illis.

Quid continet primus
Actus?

*Res gestas in horto, pauores Christi, luctam
cum morte, sudorem cruentum, preces, mis-
sionem Angeli ad confirmandū Christum, Apo-
stolorum obiurgationem, & adhortationem ad pre-
candum & uigilandum, osculum ac proditionem
Iudæ, pugnam Petri, & obiurgationem eius, præ-
cisionem auriculæ serui, & sanationem, cohortis
prostrationem, fugam Apostolorum, & prehensio-
nem Christi uoluntariam.*

QVAESTIONES DE SINGVLIS
capitibus primi Actus.

Quæ

Quæ sunt causæ pauorum, luctu-
 ctæ Christi, & eruen-
 ti sudoris?

Primum, naturalis fuga mortis, & dolor in ani-
 mo & corde, quæ cruciatus & mortem in omni-
 bus hominibus naturaliter expauescunt, & fugi-
 unt. Deinde, consideratio & sensus horrendæ iræ
 Dei aduersus peccata humani generis, quam filius
 Dei in se deriuauit, & uerè sensit pro nobis. Ter-
 tiò, interitus suæ gentis, & maximæ partis homi-
 num, quam ingrati fore tanto beneficio uidit, et
 ingenti mœstitia deplorauit.

Quid singuli cōsiderare debent,
 cū hos dolores Christi
 audiunt uel legunt?

Primum, unusquisque cogitabit sua peccata in
 Christum translata esse, & auxisse eius dolores,
 & statuet his doloribus & luctu filij Dei, placa-
 tam esse iram æterni patris, aduersus peccata no-
 stra. Deinde intuebitur in proprijs etiam dolori-
 bus luctum filij Dei, & sumet ab ipsius exemplo
 & uictoria consolationem, & imitabitur patien-
 tiam, expectās liberationem ac mitigationem ma-
 lorum fide.

Quid monet precatio
 Christi?

Vt in nostris quoq; erumnis petamus nos iua-
 ri à Deo, ne opprimamur temptationibus.

HISTORIA PASSIONIS
Quid monet missio Angeli, confir-
mantis filium Dei in lucta
& pauoribus?

Nobis quoq; certò ad futurum Deum in tenta-
tionibus nostris propter filium, qui in suo agone
pro nobis interpellauit, & nobis impetrauit mise-
riarum mitigationem.

Quid monet Christus obiurgatione
Apostolorum obdormientium?

Magnam & reprehendam esse securitatē
& negligentiam bonæ partis in Ecclesia, quæ ne-
que sentit luctam filij Dei sustinentis poenam peccatorum
nostrorum, neque ualde afficitur æru-
mnis aliorum conflictantium ingemibus miseris
in hac uita.

Quid monet adhortatio ad uigilantiam
& precationem?

Primum, ut simus attenti & circumspecti, ne
in laqueos Diaboli, & alios graues lapsus ruamus.
Deinde, ut petamus regimē nostras, pe-
ricula, & exitus periculorum.

Quid monet præceptum de preca-
tionē, cū inquit: Vigilate, & orate?

Precaationem non esse inanem, sed certò impe-
trare mitigationem aut liberationem, inuocanti-
bus Deum propter mediatorem, sicut inquit: Pe-
tite, & accipietis.

Quid

Quid significat osculum, & pro-
ditio Iudæ?

Multos simulatione amicitie, insidiari doctos
ribus Euangelij, potentie aut lucri gratia.

Quid pugna Petri?

Errorem Apostolorum somniantium adhuc,
Messie regnum fore mundanum imperium, quod
armis seu ui externa sit constituendum & conser-
uandum.

Quid pugnae prohibitio?

Ministeriū Euangelij non esse potestatem gladij,
nec pretextu Euangelij rapienda esse imperia.

Quid dictum: Qui gladium acce-
perit, gladio peribit?

Ordinationem Dei esse, ut puniantur gladio om-
nes homines, qui sine legibus, & contra uocatio-
nem gladio utuntur.

Quid præcisio dextræ auriculæ?

Falsas interpretationes scripturæ, quæ seditio-
sa consilia confirmant.

Quid auriculæ sanatio?

Primum, Christi diuinam potentiam. Secundo,
bonitatem etiam erga hostes. Tertio, ueram & sa-
nam doctrinam, quam Deus contra falsas opinio-
nes in Ecclesia conseruat, ac subinde restituit.

Quid prostratio cohortis?

Diuinam in Christo potentiam, prosternente
una uoce armatam cohortem.

HISTORIA PASSIONIS

Quid fuga Apostolorum?

Communem imbecillitatem omnium hominum,
quæ in periculis non subsistit, sine diuina confir-
matione & presidio.

Quid prehensio Christi uo- luntaria?

Christum passum esse non coactum humana po-
tentia, aut circumuentum insidijs Iudæorum, sed
uolentem, sicut inquit Propheta Esaias: Oblatus
est, quia uoluit.

O B I E C T I O N E S I N primum Actum.

I. De pauoribus Christi in aditu mortis.

Laurentius, & multi alij martyres, ui-
ri & puellæ, alacriter mortem ad-
ierunt:

Ergo illi fortiores fuerunt filio Dei,
tantoperè expauescente in aditu
mortis.

R E S P O N S I O.

Nego consequentiam: Quia est dissimilitudo
seu diuersitas causarum pauorū Christi, & alio-
rum. Nam Christus sensit horrendā iram Dei ad-
uersus nostra peccata, & pœnam eorū sustinuit.
Laurentius & alij hanc iram Dei non cernunt,
quia peccata ipsorum tecta sunt. Ideo maior est
in ipsis alacritas, quàm in Christo, qui pro nobis
factus est λύτρον, ut nobis parceretur.

II. De

II. De integra obedientia Christi.

Integra obedientia, quam lex requirit, est obtemperare Deo omnibus uiribus animi & corporis.

Christus non obtēperat patri omnibus uiribus, quia fugit cruciatus & mortem:

Ergo in Christo non fuit integra obedientia sine peccato.

R E S P O N S I O.

Nego consequentiam, & respondeo ad probationem minoris. Dolor quem affert laceratio corporis & neruorum, est naturalis sine peccato. Est & naturalis mœstitia in corde & uoluntate, fugiens mortem, quæ in Christo fuit sine uitio. Nam subiecit se patris uoluntati in uera obedientia, & expectauit liberationem.

III. De beatitudine Christi perpetua, quam nullus dolor interturbare potuit.

Pugnantia nō possunt esse in eodem: Ergo Christus, qui semper fuit beatus, dolere non potuit.

Respondeo ad antecedens, quod falsum est: Quia pugnantia in eodem esse possunt, diuerso tēpore. Sic in Christo seu filio Dei, tempore passionis non fuit, ut aliàs, beatitudo seu gloria. Sed ut fieri hostia posset pro nostris peccatis, quieuit in eo natura diuina, ut Irenæus inquit.



HISTORIA PASSIONIS

IIII. De bona intentione Petri defendentis præceptorem.

Bona intentio non est reprehendenda.

Petrus bona intentione promittit constantiam:

Ergo Petri intentio non est reprehendenda.

Respondeo ad maiorem, per distinctionem: Bona intentio non est reprehendenda, quæ uerbo Dei nititur, non quæ cum uerbo Dei pugnat. Ut Petrus contra prædictionem Christi de abnegatione eius, pollicetur se constantem fore, suis confidens uiribus.

V. De dicto Christi: Dormite & quiescite.

Christus inquit ad Apostolos: Dormite & quiescite:

Ergo præcipit, aut approbat negligentiam, seu somnolentiam in uocatione.

RESPONSIO.

Nego consequentiam: Quia non est simplex enunciatio, sed ironia, quam parit accentus. Nam queritur Christus de presenti somnolentia discipulorum, & socordia in tanto periculo, & significat simul magnam futuram esse Episcoporum extremae ætatis in docendo negligentiam.

VI. De

VI. De vi iniusta propellen-
da.

Vis iniusta est propellenda à proxi-
mo innocente:

Ergo Petrus rectè fecit, defendens
Christum præceptorem cōtra uio-
lentiam Iudæorum.

Respondeo ad antecedens, per distinctionem:
Vis iniusta est propellenda legitimè per Magistra-
tum, non hominem priuatum, qualis fuit Petrus.

VII. De pœnis Magistra-
tus.

Gladium accipiens, gladio peribit.

Magistratus puniens malos, gladiū
accipit:

Ergo Magistratus gladio peribit.

Respondeo ad maiore, per distinctionem: Gla-
dium accipiens sine autoritate Magistratus, seu
contra leges, peribit. Nam hoc est propriè accipe-
re gladium. Deinde nego minorem: quia Magi-
stratus non accipit gladium, sed utitur eo dato di-
uinitus, sicut docet Paulus ad Roma. 13.

VIII. De uoluntaria passione
Christi.

Volenti non fit iniuria.

Christus uolens patitur:

Ergo non fit ei iniuria.

Respondeo ad minorem, per distinctionem:
Christus

HISTORIA PASSIONIS

Christus uolens patitur, quantum ad uoluntatem patris, cui se uera obedientia subiecit. Item quantum ad causam finalē, quæ est nostra redemptio: non quantum ad malitiam Iudæorum, quam Deus non approbavit, nec ipse filius: Ideo inquit ad ministrum Pontificis, impingentem sibi colaphum: Quid me percutis?

SECUNDVS ACTVS PASSIONIS IESV CHRISTI.

*Sistitur hic Caiphæ, defendit dogma, refutat
Crimina Pontificis seditiosa trucidis.
Atq; manus Domino colaphum dat ferrea miti:
Abnegat hinc Petrus, fletq; doletq; pius.*

TEXTVS.

Cohors igitur & tribunus, ac ministri Iudæorum comprehensum Iesum ligauerunt, & abduxerunt eum ad Annā primūm. Erat enim focer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius. Erat autem
Caiphas




Caiphas is, qui consilium dederat
Iudæis, quòd expediret unum ho-
minem mori pro populo.

Et duxerunt eum ad Caipham
pontificem, id est, principē sacer-
dotum,

HISTORIA PASSIONIS

dotum, ubi scribæ & seniores cō
uenerant. Sequebatur autem Je-
sum eminus Simon Petrus, & ali-
us discipulus usq; ad atrium pon-



tificis. Discipulus autem ille erat
notus pōtifici, & introiuit cum Je-
su in atrium pontificis. Petrus au-
tem stabat ad ostium foris. Exi-
uit ergo discipulus ille alter, qui
erat

erat notus pontifici, & dixit ostia-
riæ, & introduxit Petrum.



Ancilla ergo ostiaria ad lumē
Petrum intuita, defixis in illum
oculis, dixit: Et tu cum Iesu Gali-
læo

HISTORIA PASSIONIS

læo eras. Num & tu ex discipulis es hominis istius? At ille abnegavit coram omnibus, dicens: Mulier, non sum. Non novi illum, neque scio quid dicas. Stabant autem serui & ministri, qui prunas congesserant in medio aulae, quia frigus erat, & calefaciebant se. Erat autem cum eis & Petrus, stans & calefaciens se. Et exiit foras in vestibulum, & gallus cecinit.

Pontifex ergo interrogavit Iesum de discipulis suis, et de doctrina ipsius. Respondit ei Iesus: Ego palam locutus sum mundo. Ego semper docui in synagoga, & in templo, quo omnes Iudæi conveniunt, & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos, qui audierunt quid locutus



cutus sim ipsis. Ecce hi sciunt quæ
 dixerim ego. Hæc autem cum di-
 xisset, unus assistens ministrorum
 dedit alapam Iesu, dicens: Siccis
 ne respondes pontifici? Respon-

c

HISTORIA PASSIONIS

dit ei Iesus: Si malè locutus sum,
testare de malo: sin bene, cur me
cædis? Miserat eum Annas uin-
ctum ad Caipham pontificem.


Stabat autem Simon Petrus in
uestibulo, & calefaciebat se. Et
pusillum post primam negatio-
nem, uidit eum altera ancilla, &
rursum coepit dicere ijs, qui asta-
bant ibi: Et hic erat cum Iesu Na-
zareno. Dicunt ergo ei: Num
& tu ex discipulis eius es? Et alius
dixit: Et tu de illis es. Et ite-
rum negauit cum iureiurando,
dicens: Homo, non sum, sed ne-
que noui hominem. Et post pus-
illum, interuallo interiecto ferè
unius horæ, alius quidam affirma-
bat cum ijs qui astabant, dicens:
Verè & tu ex illis es. Nam & Ga-
lilæus es, & loquela tua te manife-
stum

Stum facit. Dicit ei unus ex seruis
 pōtificis, cognatus eius cuius ab
 sciderat Petrus auriculam, Nōn
 ne ego te uidi in horto cum illo?
 Tunc cœpit execrari ac deierare,
 nō noui hominem istum, de quo
 dicitis. Et continuò adhuc illo lo
 quente, gallus iterum cecinit. Et
 conuersus Dominus, intuitus est
 Petrum. Et recordatus est Petrus
 uerbi Domini Iesu, qui dixerat ei:
 Priusquã gallus cecinerit bis, ter
 me negabis. Et egressus forās fle
 uit amarè.

Principes autem sacerdotum,
 & seniores, & totum concilium,
 quærebant falsum testimonium
 cōtra Iesum, ut mortuum trade
 rent, & nō inueniebant, etiã cum
 multi falsi testes accessissent, non
 enim erant satis idonea testimo

C 2

HISTORIA PASSIONIS




nia. Nouissimè autem uenerunt
duo falsi testes, & testimoniū fal-
sum ferebant aduersus illum, di-
centes: Nos audiuius eum di-
centem: Ego possum diruere, &
diruam templum hoc Dei, quod
est manibus factum, & tribus die-
bus aliud, sine manibus factum,
extruam. Et ne sic quidem satis
idonea

idonea erant testimonia illorum. Et surgens summus sacerdos in medium, interrogabat Iesum, dicens: Nihil respōdes? Cur isti aduersum te dicunt testimonia? Iesus autem tacebat, neq; quicquam respondebat. Rursus princeps sacerdotum interrogauit, & dicit illi: Tu es ille Christus filius benedicti? Adiuuro te per Deum uiuum, ut dicas nobis, an tu sis Christus filius Dei. Dicit illi Iesus: Tu dixisti, ego sum. Veruntamen dico uobis, A modò uidebitis filium hominis sedentem à dextris uirtutis, & uenientem in nubibus coeli.

Tunc princeps sacerdotum discidit uestimenta sua, dicens: Blasphemauit, quid insuper egemus testibus? Ecce nunc audistis bla.


HISTORIA PASSIONIS



spemiam eius, quid uobis uideatur? Illi uerò omnes condemnauerunt eum, dicentes: Reus est mortis.

Tunc uiri qui tenebant Iesum, illudentes ei, expuerunt in faciem eius, & colaphis eum cæciderunt. Alij uerò cum obtexissent faciem illius, palmas in faciem eius dederunt.

sunb




runt, dicentes : Vaticinare nobis
Christe, quis est ille qui te percus-
sit? Et alia multa conuiciantes di-
cebant in eum.

Mane autem facto conuene-
runt omnes principes sacerdotum
& scribæ senioresq; populi, ac to-
tum cōcilium aduersus Iesum, ut
eum morti traderent. Et duxe-

C 4

HISTORIA PASSIONIS

runt eum in concilium suum, di-
centes : Num tu es ille Christus ?



Dic nobis. Et ait illis : Si uobis dixero, non creditis : quòd si etiam interrogauero, non respondebitis mihi, neque dimittetis. Ex hoc tempore erit filius hominis sedēs à dextris uirtutis Dei. Dixerunt autem omnes : Tu ergo es filius Dei ?

Dei? Qui ait: Vos dicitis me esse.
 At illi dixerunt: Quid adhuc des-
 sideramus testimonium? Ipsi es-
 nim audiuius ex ore eius.
 Et surgens uniuersa multitudo



HISTORIA PASSIONIS
do eorū uinctum abduxit Iesum
à Caipha in pretorium, tradiditq;
Pontio Pilato præfidi.

Quid in summa continet secundus
Actus passionis Iesu Christi?

Primò, confessionē Iesu Christi, in domo Annæ
& Caipha, accusationes Iudæorū, contumelias et
condemnationes. Secundò, Christi responsionem
ad Caipham interrogantē de doctrina & discipu-
lis Christi. Tertiò, expostulationē Christi cum mi-
nistro Pontificis, impingente ipsi colaphū. Quar-
tò Petri abnegationem, & pœnitentiam.

Quid confitetur Christus coram
Anna & Caipha?

Se esse promissum Messiam, & filium Dei, quo-
rum utrunq; negabant Iudæi. Ideo Christum tan-
quam blasphemum, mortis reum condemnant, &
multas in eum contumelias congerunt.

Quid monet responsio Christi
ad pontificem?

Monet de discrimine criminum non manifestorū,
de quibus inquisitio fieri debet: & manifestorū,
propter quæ reus, siue fateatur, siue non
fateatur, damnandus est. De utroque igitur repre-
henditur Pontifex, & quòd de causa, quam iam
scivit, interrogauit Christum, & quòd armata co-
horte

borte cum prehendi iussit, qui innocens fuerit, necne, ignoravit.

5. Quid monet ex postulatio Christi cum ministro Pontificis?

Causam iustam ac veram defendendam esse per spicua confessione, contra uiolentos et falsos accusatores, cum animo tamen parato ad perferendam uiolentiam, si non datur legitima defensio.

6. Quid monet Petri abnegatio, seu lapsus?

Primum, monet nos de nostra imbecillitate, et totius Ecclesie, ac membrorum eius. Secundo, de poenitentia, et recipiendis ijs, qui post lapsum redeunt ad Ecclesiam. Tertio, de discrimine inter negationem Petri, et blasphemiam, quae primum sumitur a causis: quia Petrus superatus metu supplicij abnegauit Christum. Iudas uero et Iudaei moti sunt odio Christi, et spe iniusti lucri. Secundo a posteriori. Quia Petrus resipuit: ideo consequutus est remissionem peccatorum, Iudas uero non egit poenitentiam, ideo damnatus est cum ceteris Iudaeis blasphemis, qui non sunt conuersi.

O B I E C T I O N E S I N

secundum Actum.

I. An Christus defugerit confessionem suae doctrine.

Christus pontificem interrogantem de

HISTORIA PASSIONIS

de doctrina & discipulis, remittit
ad auditores:

Ergo Christus defugit confessionē.

R E S P O N S I O.

Nego consequentiam: Quia est fallacia secundum non causam ut causam. Nam Christus ideo non remittit, quia tergiversatur aut defugit confessionem, quam postea exhibet, clarè asserens se esse Messiam & filium Dei, sed reprehendit pontificem, uel quòd, si manifestum habet crimen, non secundum morem iudicij, poena afficiat & condemnet, sine alia inquisitione: uel, si nullum habet manifestum crimen, cuius damnet, quòd se armata cohorte capi iusserit, quum diligentem inquisitionem, & admonitionem amicam præcessisse oportuerit.

II. De expostulatione Christi cum seruo Pontificis.

Esaias inquit de Christo: Cùm affligeretur, sicut ouis coram tondente non aperuit os suum. Et ipse Christus dicit: Si quis percusserit te in dexteram maxillam, offer to ei & alteram:

Ergo Christus non rectè expostulat & litigat cum seruo Pontificis, impingente colaphum, & est impatientis.

R E-

RESPONSIO.

Nego consequentiam: Quia hæc inter se non pugnant: ueram causam defendere confessione, & paratum esse ad tolerandum, quæ uitari non possunt. Vtrunq; fecit hic Christus: defendit causam doctrinæ, & simul paratus fuit ad patiendū, iuxta uoluntatem patris. Et phrasis est in dicto Christi: Offerto ei & alteram maxillam. Nam his uerbis præcipitur tolerantia, quum non defendunt iudices: non prohibetur defensio, aut confessio innocentie.

III. De discrimine poenitentie
Petri & Iudæ.

Petrus flens consecutus est remissionem peccatorum:

Ergo & Iudas dolens se peccasse, consequi debebat remissionem peccatorum: aut certè est respectus personarum apud Deum.

RESPONSIO.

Nego consequentiam: Quia est dissimilitudo in exemplo. Nam Petrus integram poenitentiam habuit, contritionem & fidem. Iudas priorem tantū partem habuit, uidelicet contritionem, seu agnitionem peccati, quæ sine fide seu fiducia misericordie Dei, affert desperationem ac mortem.

ACTVS

HISTORIA PASSIONIS
ACTVS TERTIVS
PASSIONIS IESV
CHRISTI.

*Pendes hic Scharioth, spargēs tua uiscera coruis:
Impia sic pereant, qui tua facta probant.
Luditur Herodi: spinas fert, flagraq; nitæ
Auctor damnatur, mortis at auctor obit.*

TEXTVS.

TVnc uidens Iudas, qui eū tra-
diderat, quòd dānatus esset,
pœnitentia ductus retulit trigin-
ta argenteos principibus sacerdo-
tum, & senioribus, dicens: Pecca-
ui, tradens sanguinem innoxium.
At illi dixerunt: Quid ad nos? Tu
uidebis. Et proiectis argenteis in
templo, recessit, & abiens laqueo
se suspendit. Suspensus autem cre-
puit medius, et effusa sunt omnia
uiscera eius. Principes autē sacer-
dotū acceptis argenteis dixerunt:
Non

Nō licet eos mittere in carbonā,
quia precium sanguinis est. Con-
silio autem inuito, emerunt ex illis
argenteis mercede iniquitatis a-
grum figuli in sepulturā peregrin-
norum. Et innotuit omnibus ha-
bitantibus Hierosolymę, ita ut ap-
pellaretur ager ille lingua illis uer-
nacula Akeldama, hoc est, ager
sanguinis, usq; in hodiernū diem.
Tunc impletum est, quod dictū
est per Ieremiam Prophetam, dis-
centem; Et acceperunt triginta ar-
genteos precium aestimati, quem
aestimatum emerunt à filijs Israēl,
& dederunt eos in agrum figuli,
sicut constituit mihi Dominus.

Manē igitur adducto Iesu ad
præsidentem, ipsi non introierunt in
prætorium, ne cōtaminarentur,
sed ut ederēt pascha. Exiit ergo
Pilatus.

HISTORIA PASSIONIS

Pi'atus ad eos foràs, et dixit: Quã
accusationem adfertis aduersus
hominem hunc? Responderũt &
dixerunt ei. Si nõ esset hic nocens,
haudquaquam tibi tradidissemus
eum. Dicit ergo eis Pilatus: Acci-
pite eum uos, & secũdum legem
uestram iudicate eum. Dixerunt
ergo ei Iudei: Nobis non licet in-
terficere quenquam. Vt sermo Ie-
su impleretur, quem dixit, signifi-
cans qua morte esset moriturus.

Coeperunt autẽ illum accusa-
re summi sacerdotes & seniores
de multis, dicentes: Hunc depre-
hendimus euertentem gentem, ac
uetantem tributa dare Cæsari, &
dicentem se Christum regem esse.
Introiuit ergo iterũ in pretorium
Pilatus, & uocans Iesum interro-
gauit eum, dicens: Tu es ille Rex
Iudæo.

Iudæorum ⁊ Respōdit Iesus stans
ante eum : Tu dicis. A temetipso
hoc tu dicis, an aliij dixerūt tibi de
me ⁊ Respōdit Pilatus: Num ego
Iudæus sum? Gens tua & ponti-
fices tradiderunt te mihi, quid fe-
cisti? Respondit Iesus: Regnum
meū non est ex hoc mundo. Si ex
hoc mundo esset regnum meum,
ministri mei utiq; decertarent, ne
traderer Iudæis. Nunc autem re-
gnum meum non est hinc. Dixit
itaq; ei Pilatus. Ergo rex es tu? Re-
spondit Iesus: Tu dicis, quōd rex
sim ego. Ego in hoc natus sum, &
ad hoc ueni in mundum, ut testi-
moniū feram ueritati. Omnis qui
est ex ueritate, audit uocem meā.
Dicit ei Pilatus: Quid est ueritas?
Et cū hoc dixisset, iterum pro-
diit ad Iudæos, & dicit eis: Ego ni

D

HISTORIA PASSIONIS

hil inuenio noxæ in hoc homine:
Et cū accusaretur à principibus
sacerdotū, & senioribus, nihil re-
spondit. Pilatus autem rursus in-
terrogauit illum, dicens: Non re-
spondes quicquam? Ecce quā
multa dicūt aduersum te testimo-
nia, non audis? Et non respondit
ei ad ullum uerbum, ita ut mirare-
tur præses uehementer. At illi in-
ualescebant, dicentes: Cōmouet
populum, docens per uniuersam
Iudæam, exorsus à Galilæa usque
ad hunc locum. Pilatus autem au-
dita mentione Galilæe, interroga-
uit, num homo Galilæus esset. Et
ut cognouit, quòd ad Herodis di-
tionē pertineret, remisit eum ad
Herodem, qui & ipse Hierosoly-
mis erat per id tempus.

Herodes autem uiso Iesu, gauisus

sus est ualde. Tenebat enim multo iam tempore cupiditate uiden-



di illū, eò quòd audiret multa de eo, et sperabat se signum aliquod uisurum ab eo fieri. Interrogabat

D 3

HISTORIA PASSIONIS

autem eum multis sermonibus.
At ipse nihil ei respondebat. Sta-
bant autem principes sacerdotū
& scribæ acriter accusantes eum.
Spreuit autē illum Herodes cum
exercitibus suis. Cumq; illufisset,
indutum ueste splendida remisit
ad Pilatum. Et facti sunt amici in-
ter se Pilatus & Herodes in eodem
die, nā antea similtates inter eos
intercesserant.

Pilatus autem cōuocatis prin-
cipibus sacerdotum, ac magistra-
tibus, & plebe, dixit ad illos: Ob-
tulistis mihi hunc hominem quasi
auertentem populum, et ecce ego
coram uobis interrogans nullum
crimen inuenio in homine isto ex
his de quib. accusatis eum, sed ne
Herodes quidē. Nam remisi uos
ad illum, & ecce nihil dignū mor-
te

te actum est ei. Emendatum ergo illum dimittam.

In festo autem necesse habebat, & consueuerat præses turbæ dimittere unum uinctū quemcunq; postulassent. Habebat autē tunc uinctum insignem, nempe latronem, qui dicebatur Barrabas, qui cum seditionis autoribus coniectus fuerat in carcerē, qui per seditionem quandam in ciuitate factam, homicidium patrauerant. Et cū acclamasset turba, cœpit flagitare ut faceret quemadmodū semper fecerat ipsis. Itaq; congregatis illis respondit Pilatus: Consuetudo est uobis, ut unum dimittam uobis in pascha. Vtrum ergo uultis dimittam uobis, Barrabam an Iesum Regem illum Iudæorū, qui dicitur Christus? Sciebat enī

HISTORIA PASSIONIS

quòd propter inuidiam tradidissent illum summi sacerdotes. Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum uxor eius, dicēs : Nihil tibi cū iusto illo, multa enim passa sum hodie in somnis propter eū. Principes autem sacerdotum & seniores cōcitauerunt turbas, persuadentes ut sibi potius dimittere peterent Barrabam, Iesum uerò perderent. Respōdens autem præsēs, ait illis : Vtrum uultis uobis è duobus dimittā? Et exclamauit simul uniuersa turba, dicēs : Tolle hūc, & dimitte nobis Barrabam. Iterum autem Pilatus locutus est ad eos, uolēs dimittere Iesum, et ait : Quid igitur uultis faciam Iesu, quem dicitis regem Iudæorum? At illi rursus clamauerunt oēs : Crucifige, crucifige eum. Ille autē

tertiō

tertiò dixit ad illos: Quid enim
mali fecit? Nullum crimen capi-
tale comperio in eo. Castigatum
ergo dimittam illum. At illi ma-
gis clamabant, dicentes: Crucifi-
gatur. Et instabant uocibus ma-
gnis postulantes ut crucifigere-
tur. Et inualescebant uoces eorū,
ac summorum sacerdotum.



HISTORIA PASSIONIS

Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. Milites autem abduxerunt eum intrò in atrium, quod est prætoriū, & con



uocant ad eum totam cohortem, exutumq; induunt purpura, siue chlamide coccina, & plectentes coronam de spinis imponunt capiti eius, dantq; harundinē in dextera

xteram eius, & genu flexo ante eū
illudentes ei coeperūt salutare, di
centes: Aue rex Iudæorum. Et da
bant ei alapas. Et cū expuissent
in eum, acceperunt harundinem
& percutiebant caput eius, & po
sitis genibus adorabant illum.



Exiuit iterum Pilatus forās, &
dicit eis: Ecce adduco eum uobis

D 5

HISTORIA PASSIONIS

foràs, ut cognoscatis quòd nullã
causam in eo inuenio. Exiuit ergo
Iesus foràs, gestans spineam coro-
nam, & purpureum pallium, Et
dicit eis: Ecce homo. Cùm ergo ui-
dissent eum pōtifices & ministri,
clamabant, dicentes: Crucifige,
crucifige. Dicit eis Pilatus: Accipi-
te eū uos, et crucifigite. Ego enim
nō inuenio in eo causam. Respon-
derunt ei Iudæi: Nos legem habe-
mus, & secūdum legem nostram
debet mōri, quia filium Dei se fe-
cit. Cū ergo audisset Pilatus hunc
sermonē, magis timuit. Et ingres-
sus est iterum in prætorium, & di-
xit ad Iesum: Vnde es tu? Iesus au-
tem responsum non dedit ei. Di-
xit ergo ei Pilatus: Mihi non lo-
queris? Nescis quòd potestatem
habeā crucifigendi te, & potesta-
tem

tem habeā absoluendi te. Respon-
dit Iesus: Nō haberes potestatem
aduersus me ullam, nisi tibi datū
esset è supernis, propterea qui me
tradidit tibi, maius peccatum ha-
bet. Ex eo querebat Pilatus absol-
uere eum. Iudæi autem clamabāt,
dicentes: Si hunc absolueris, non
es amicus Cæsaris. Quisquis se re-
gem facit, contradicit Cæsari.

Pilatus autē cū audisset hunc
sermonē, produxit Iesum forās,
seditq; pro tribunali in loco qui
dicit̃ Lithostrotos, Hebraicè autē
Gabbata. Erat autem parasceue
paschæ hora fermè sexta. Et dicit
Iudæis: Ecce rex uester. Illi autem
clamabant: Tolle, tolle, crucifige
eum. Dicit ei Pilatus: Regem ue-
strum crucifigam? Respōderunt
pontifices: Non habemus regē,
nisi

HISTORIA PASSIONIS

nisi Cæsarem. Tunc ergo Pilatus uidens, quòd nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, uolens turbæ facere satis, adiudicauit ut fieret quod illi postulabant.

Quid in summa continet Actus tertius passionis Iesu Christi?

Primò poenam Iudæ. Secundò, hypocrisin Iudæorum, quòd pollui se nolunt ingressu in prætorium, cum interea polluant se cõsilio interficiendi Messie. Tertiò, accusationem Christi de duobus criminibus, uidelicet de blasphemia, quia se filium Dei fecerit: & de seditione, quia regnũ affectarit. Quartò, confessionem Christi, qua primùm fatetur, se filium Dei esse, & regem, etsi negat regnum suum esse mundanum, sed spirituale & æternum, cum inquit: Regnum meũ non est de hoc mundo. Quintò, cur ab utroq; populo, Iudæis & gentibus, pati uoluerit. Sextò, Herodis illusionẽ. Septimò, confessionem Pilati de innocẽtia Christi, & rursus iniustitiam, quòd innocentem iubet flagellis cædi, & spinis coronari. Octauò, metum Pilati, ne Cæsarem offendat, dimisso Christo, hoste (ut ipse putabat) Cæsaris. Nonò, damnationẽ Christi, & dimissionem Barrabæ.

Quos

Quos repræsentat Iudas in
Ecclesia?

Hereticos, desertores Euangelij, & consilia-
rios potentum, qui animos principum alienant ab
Euangelio, & ab alienatos confirmant, & in eis
inflamman odia aduersus Ecclesiam.

Quid monet pœna Iudæ?

Simili modo perituros esse omnes, qui uel ab
Euāgelio deficiunt, uel furores hostium Ecclesiæ
adiuant. Sicut Arius periit effusis intestinis, &
Iuliani præfectus, per os effuso stercore.

Quid monet dictum Christi: Re-
gnum meum non est de
hoc mundo?

Ecclesiam, quæ regnum est Christi in hac uita,
non esse politiam similem regnis huius mundi, sed
coetum inuisibilem, qui ad pœnitentiam per præ-
dicationem Euangelij uocatur & colligitur, libe-
ratur à peccato & morte: sanctificantur & do-
nantur uita eterna omnes, qui assentiuntur Euan-
gelio, & agunt pœnitentiam.

Cur uoluit Christus pati ab utroq;
populo, Iudæis &
Ethnicis?

Vt significetur, omnes homines reos esse mor-
tis Christi, hoc est, Christum propter peccata
omnium hominum in toto genere humano, passum
esse.

Quid

HISTORIA PASSIONIS

Quid monet dictum Iudæorum?
Nobis non licet interficere
quenquam?

Primum, ablatam fuisse tum à Iudæis superiorē
iurisdictionem, de capitalibus causis iudicādi: re-
lictam tamen inferiorē potestatem. Secundo mo-
net de tempore seu præsencia exhibiti Messie, qui
cessante regno Iudæ, uenire debebat, Genesis 49.
Tertio monet de ira Dei, quòd propter peccata Iu-
dæos Romanis subiecit: & de misericordia, quòd
in hac seruitute tamen conseruauit Ecclesiam, in
qua sonuit uera doctrina Prophetarum, & man-
serunt cultus instituti à Deo.

O B I E C T I O N E S.

I. De emptione agri ad sepelien-
dos peregrinos.

Iuuare pauperes, est bonum opus.

Iudæi ementes triginta argenteis a-
grum ad sepeliendos peregrinos,
iuuant pauperes;

Ergo præstant bonum opus.

Respondeo ad maiorem, per distinctionem: Iu-
uare pauperes de rebus bene partis, est bonum o-
pus. Item si fit sine simulatione pietatis, quam hîc
præseferunt Iudæi. Vitiat igitur bonum opus im-
pia persuasio, & simulata pietas in Iudæis.

II. De

II. De religione Iudaeorum nolentium
intrare prætorium.

Contagio mali consortij est fugien-
da.

Iudæi nolentes intrare prætorium, fu-
giunt malum consortium :

Ergo rectè faciunt nolentes intrare
prætorium.

R E S P O N S I O.

Concedo argumentum de ijs, qui hoc agunt ve-
rè, ne contaminentur improborum commercio, sed
in Iudæis est simulatio pietatis falsæ, quam præ-
tendunt, ne iniusta morte uideamur damnare Christi-
stum.

III. De questione Pilati : Quid est
ueritas ?

Pilatus quærit edoceri ueritatem à
Christo, quia inquit : Quid est ue-
ritas ?

Ergo Christus debebat eum instituis-
se.

R E S P O N S I O.

Nego amecedens, quia est Ironia in uoce Pila-
ti deridentis Christum, quòd in tanta malitia ho-
minum de ueritate concionari instituat, & eo qui-
dem tempore, quo de ipsius uita agitur.

IIII. De silentio Christi coram Pilato.

Qui tacet, agnoscere culpam uideretur.
Christo

HISTORIA PASSIONIS

Christus interrogatus à Pilato, tacet:
Ergo uidetur agnoscere culpam.

RESPONSIO.

Nego consequentiam, & respondeo ad maiorem, quæ non est uniuersaliter uera in omnibus, quia sæpe nihil prodest excusatio, & tacendum interdum, ut testemur patientiam. Sic Christus fecit: quia excusatio seu defensio, in tanto furore Iudeorum nihil profuisset.

V. De regno Christi spirituali.

Christi regnum non est de hoc mundo:

Ergo non est inter homines in hac uita, sed tantum in cælo.

Respondeo ad antecedens: Phrasis, non est de hoc mundo, significat regnum Christi non esse potitiam similem regnis huius mundi, sed esse regnum, in quo bona cælestia dantur, uidelicet remissio peccatorum, iustitia & uita æterna, per prædicationem Euangelij. Aliud igitur est esse de hoc mundo, & esse in mundo.

ACTVS QVARTVS PASSIONIS IESV CHRISTI.

Abluit iniustus prætor, pia pondera gestat

Hic Simeon: lachrymas sistite, Christus ait.

Figitur

*Figitur hinc ligno, pro nobis uictima pendens,
Pontificis summi munus utrunq; gerit.*




TEXTVS.

ET accepta aqua abluit manus
 coram populo, dicens: Inno-
 cens ego sum à sanguine huius iu-
 sti, uos uidebitis. Et respondens
 uniuersus populus, dixit: Sanguis
 E

HISTORIA PASSIONIS
eius super nos, & super filios nos-
tros.

Dimisit autem illis Barrabam,
qui propter seditionem & homici-
dium coniectus fuerat in carce-
rem, quem proposcerant. Iesum
autem flagellatum & illusum tra-
didit arbitrio illorum, ut crucifi-
geretur.

Accipientes autem Iesum mili-
tes exuerunt eum purpura, & in-
duerunt eum uestibus proprijs, et
abduxerunt eum baiulantem suam
crucem ut crucifigerent. Exeun-
tes autem, inuenerunt quendam
prætereuntem, hominem Cyres-
næum, nomine Simonem, uenien-
tem ex agro, patrem Alexandri et
Rufi. Hunc apprehendentes coë-
gerunt, ut tolleret crucem eius. Et
imposuerunt illi crucem, ut por-
taret



taret post Iesum. Sequebatur au-
 tem illum multa turba populi ac
 mulierum, quæ plangebant & la-
 mentabantur eum. Conuersus au-
 tem ad illas Iesus, dixit: Filix Hie-
 rusalem; nolite flere super me, sed
 super uobis ipsis flete, & super fi-
 lijs uestris. Quoniã ecce uenient
 dies, in quib. dicet: Beatae steriles,

E z

HISTORIA PASSIONIS

& uentres qui non genuerunt, & ubera quæ nō lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus, cadite super nos : & collibus, operite nos. quia si in humido ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Ducebantur autem & alij duo cum eo facinorosi, ut interficerentur.

Et ducunt eum in locum, qui dicitur Hebraicè Golgatha, quod est, si interpreteris, caluariæ locus. Et ibi dederunt ei acetum, siue myrrhatū uinum, cum felle mixtum, bibere. Et cū gustasset, noluit bibere. Et crucifixerunt eum in Golgatha, et cū eo duos latrones, unum à dextris, et alterū à sinistris eius, medium autem Iesum. Et impleta est scriptura, que dicit: Et cū iniquis deputatus est. Erat autem hora tertia dum crucifixerunt



fixerunt eum. Iesus autem dicebat: Pater remitte illis, nesciunt enim quid faciant.

Scriptit autem & titulum Pilatus, id est, inscriptionem causæ illius, & posuerunt super crucem ad caput Iesu. Erat autē scriptum: Iesus Nazarenus rex Iudæorum. Hunc ergo titulum multi Iudæos

HISTORIA PASSIONIS

rum legerunt, quia prope ciuitatem erat locus, ubi crucifixus est Iesus. Et erat scriptum literis Hebraicis, & Græcis, & Latinis. Dicebant ergo Pilato pontifex Iudæorum: Noli scribere, Rex Iudæorum, sed quod ille dixerit, Rex sum Iudæorum. Respondit Pilatus: Quod scripsi, scripsi.

Militēs ergo cū crucifixissent Iesum, acceperūt uestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, unā cuiq; militi partem, & tunicam. Erat autem hæc tunica inconsutilis, à summo contexta per totum. Dixerunt ergo inter se: Ne scindāmus eam, sed sortiamur de illa cuius sit, Vt scriptura impleretur, quæ scripta est per Prophetam, dicens: Partiti sunt sibi uestimenta mea, & super uestem meam miserunt

serunt

serunt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt.

Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Maria uxor Cleophæ, et Maria Magdalene. Cùm uidisset ergo Iesus matrem, ac discipulum astantem, quem diligebat, dicit matri suæ: Mulier ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua.

Et stabat populus spectans. Qui autem præteribant, cõuicia iaciebant in eum, mouentes capita sua, & dicentes: Væ qui demoliris tẽplum, & in tribus diebus extruis. Serua te met ipsum. Si filius Dei es, descende de cruce. Similiter & summi sacerdotes illudẽtes inter sese,

HISTORIA PASSIONIS

cum Scribis & senioribus, & populo dicebant: Alios seruauit, se ipsum seruare non potest. Si hic est ille Christus, rex Israël, ille Dei electus, seruet se ipsum, descēdatq; nunc de cruce, ut uideamus et credamus ei. Cōfidit in Deo, liberet eum nunc si uult eum. Dixit enim: Filius Dei sum. Id ipsum autem et latrones, qui crucifixi erant cum eo, exprobrabant cōuitiantes ei. Illudebāt autem ei & milites accedentes, & acetū offerentes ei, atq; dicentes: Si tu es Rex ille Iudæorum, saluum te fac. Unus autē de his, qui pēdebant, facinorosorum, conuitia dicebat in eum, dicens: Si tu es Christus, te ipsum serua & nos. Respondens autem alter, increpabat eum, dicēs: Ne tu quidem times Deum, quòd in eadem
dem

dem damnatione es? Et nos quidam iuste, nam digna factis recipimus, hic uero nihil mali gessit. Et dicebat ad Iesum: Domine, memento mei, cum ueneris in regnum tuum. Et dixit illi Iesus: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Erat autem ferè hora sexta. Cum uero facta esset hora sexta, ab ea tenebræ factæ sunt super uniuersam terram usq; ad horam nonam, & obscuratus est sol. Et circa horam nonam clamauit Iesus uoce magna, dicēs: Eli, eli lama azabthani: quod est, si quis interpretetur: Deus meus, Deus meus, cur deseruisti me? Quidam autem illic stantium cum audissent, dicebant: Ecce Heliam uocat iste. Sciens autem Iesus, quod omnia iam consummata essent, ut consuma

HISTORIA PASSIONIS
maretur scriptura, dicit: Sitio
Vas igitur erat positum aceto ple



num, & cōtinuò accurrens unus
ex eis, eum acceptā spongiam im
pleffet aceto & hysopo, imposuit
harundini, obtulitq; ori eius ut bi
beret, & cum cæteris dicebat: Si
nite, uideamus an ueniat Helias
ad deponendum eum. Cū ergo
accepisset

accepisset Iesus acetum, dixit: Cō-
summatum est. Et iterum clama-
uit uoce magna, dicens: Pater in
manus tuas commendo spiritum
meum. Et cū hæc dixisset, incli-
nato capite tradidit spiritum.

Et ecce uelum templi scissum
est medium in duas partes, à sum-
mo usq; ad imum, & terra mota
est, & petrae scissæ sunt, & monu-
menta aperta, & multa corpora
sanctorum, qui dormierant surre-
xerunt, & egressi è monumentis
post resurrectionē eius, uenerunt
in sanctam ciuitatem, & appa-
runt multis.

Centurio autem qui astabat ex
aduerso illi, & qui cū eo erant cu-
stodientes Iesum, uidentes quòd
sic emisso clamore expirasset, ui-
soq; terramotu, & his quæ facta
fuerant,

HISTORIA PASSIONIS
fuerant, timuerunt ualde, & glo-
rificauerunt Deum, dicētes: Verè
hic homo iustus erat, et filius Dei.
Et omnes turbe eorum, qui simul
accesserant ad spectaculum istud,



&

& uiderant quæ contingebant, percutientes pectora sua reuertebantur.

Stabāt ibi omnes noti eius procul, & mulieres quæ secutæ erant eum à Galilæa, hæc uidētes. Inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi parui & Iose mater, & Salome mater filiorum Zebedæi, quæ etiam, cūm esset in Galilæa, secutæ fuerant illum, & ministrauerant ei, aliæq; complures, quæ simul à Galilæa ascenderunt cum eo Hierosolymam.

Iudæi ergo, quoniã parasceue erat, ut nō remanerēt in cruce corpora sabbato (erat enim magnus dies ille sabbati) rogauerunt Pilatum ut frāgerentur eorum crura & tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura,

HISTORIA PASSIONIS

crura, & alterius qui crucifixus
est cum eo. Ad Iesum aut cum ue-
nissent, ut uiderunt eum iam mor-
tuum, non fregerunt eius crura,
sed unus militum lancea latus eius



fodit,

fodit, & continuo exiit sanguis
& aqua. Et qui uidit testimoniū
perhibuit, & uerum est testimoni-
um eius. Et ille scit quòd uera die
cit, ut & uos credatis. Facta sunt
enim hæc, ut scriptura implere-
tur: Os non comminuetis ex eo.
Et rursus alia scriptura dicit: *Vis*
debunt in quem pupugerunt.

Quid continet quartus Actus
passionis Iesu Christi?

Locos octo. Quis est primus? Lotio Pilati.
Quis est secundus? Imago proposita in Simo-
ne Cyrenæo gestante crucem Christi. Quis est
tertius? Concio Christi ad mulieres, comitantes
ipsum. Quis est quartus? Crucifixio Christi,
et intercessio pro crucifigentibus. Quis est quin-
tus? Concio Christi ad latronem, et latronis con-
fessio et petitio. Item imago in utroque latrone pro-
posita. Quis est sextus? Miracula edita in
morte Christi, ruptio saxorum, terræ motus, et
Eclipsis. Quis est septimus? Comendatio ma-
tris, et uestiū diuisio. Quis est octauus? Sar-
casmi Iudeorum, clamor, mors, et sepultura Chris-
ti.

Quid?

HISTORIA PASSIONIS

Quid significat lotio Pilati?

Significat lesionem conscientiae eius, quod innocentem damnarit.

Quid monet?

Tales omnibus temporibus esse impios principes & reges, qui crudelitatem suam aduersus Ecclesiam, autoritate sacerdotum ac pontificum excusare uolunt.

Quæ est imago proposita in Simeone Cyrenæo?

Semper in afflictionibus Ecclesiae esse tū principes, tum doctores, & alios homines pios, qui partem crucis gestant, hoc est, pericula & erumnas sustinent in defensione Ecclesiarum & doctentium.

Quid monet concio ad mulieres?

Primum est reprehensio mulierum, quod causam ignorēt, cur patiatur Christus, uidelicet propter nostra peccata, quorū poenam ipse sustinuit. Secundò est concio poenitentiae, ut nostra peccata agnoscamus & deploremus, & statuamus ea tolli per Christum. Tertiò continet collationem poenarum impiorum, quæ sunt immense & aeternæ, cum poenis piorum corporalibus, quibus Deus eos subijcit, ut agnoscat magnitudinē iræ Dei aduersus peccata, & confugiant ad mediatorem Christum, & sciant sibi post hanc uitam fore melius.

Qui

Quid significat crucifixio?

Christum in se deriuasse maledictionem totius humani generis, hoc est, pœnam debitam iustitiæ Dei, & ita persoluisse pro nobis λύτρον, iuxta illud Deute. 12. Et Galatas 3. Maledictus omnis, qui pendet in ligno.

Quid intercessio?

Deum iam placatum esse nobis per mortem filij, sedentis iam ad dexteram Dei, ut noster sit mediator & pontifex apud patrem.

Quid Christi concio ad Latronem?

Absolutionem, qua Deus resipiscētes quantumvis magnis peccatis obnoxios, recipit in gratiam confugentes ad reconciliationem seu mortem filij Dei, exemplo dextri latronis.

Quid confitetur Latro?

Primum agnoscit delictū suum, & causam pœne. Deinde agnoscit Christum esse Messiam. Tertio intelligit eius regnum æternum & spirituale.

Quid petit?

Communicationem bonorum Ecclesie, seu regni Christi, hoc est, vitam, iustitiam, & gloriam æternam.

Quæ est imago proposita in utroq; Latrone?

Primum, totum genus humanum esse subiectum morti, sed partem eius, ut Latronem dextrū, libe-

HISTORIA PASSIONIS

rari per Christum, partem uerò, ut latronem sinistram, subsannantem & illudentem Christo, manere in morte. Secundò, Ecclesiam semper mansuram esse, & omnib. temporibus aliquos excitari à Deo confessores, etiam tunc cum hostes triumphant et putant deletam esse Ecclesiam. Tertio proponitur in dextro latrone exemplum poenitentiae. Contritio est, quòd inquit, se iustè puniri: Fides, quòd inquit, Memento mei Domine, quando ueneris in regnum tuum. Bona opera, seu fructus poenitentiae sunt, confessio, fides, dilectio Dei & proximi, & patientia in cruce.

Quid significant edita miracula in passione Christi?

Primò, Deum esse spectatorem mortis sui filij, & fore eius uindicem. Secundò, Eclipsis seu tenebrae significant omnibus hostibus Christi eripi lucem, & futuros eos in horrèdis ac aeternis poenis.

Quid monet commendatio matris?

Solicitudinem Christi erga Ecclesiam, quam sub hac imagine omnibus pijs, & praecipue doctoribus & gubernatoribus commendat, ut eam suis officijs tanquam matrem, in cruce foueant, tueantur & iuuent.

Quid significat diuisio uestium?

Primum, hereticos dilacerantes Euangeliū, et auariè illudentes dictis Christi. Deinde, omnes qui
facultate

facultates Ecclesie rapium, & ad usus prophanos transferunt.

Quid sarcasmi?

Audaciam & furorem hypocritarum & Epicureorum, omni tempore superbe deridentium Christum.

Quid clamor Christi?

Causam & obiectum summi doloris in Christo præ alijs sanctis, quæ causa est sensus iræ Dei aduersus peccata, quam ipse in se deriuauit, & sustinuit.

Quid mors Christi?

Est placatio iræ Dei aduersus peccata nostra, quia est λύτρον seu preclum, quo redempti sumus ab æterna morte.

DE SEPULTURA IESV CHRISTI.

Conditur hic Dominus uitæ mortisq; sepulchro,

Christus, ut exurgat uiuus in orbe Deus.

Hinc decus est ingens sanctorũ, spesq; sepulchris,

Corpora consurgant ut rediuiua pijs.

TEXTVS.

Post hæc autẽ cum uespera facta esset, quoniã erat parasce-

R a

HISTORIA PASSIONIS

ue, que præcedit sabbatum, uenit
Ioseph Arimathiensis, oriūdu ab
Arimathæa ciuitate Iudæorum,
uir diues, senator & bonus & iu-
stus, qui non consenserat consilio



&

& facto eorum. Erat enim et ipse
 expectans regnum Dei. Nam &
 discipulus erat Iesu, sed occultus,
 propter metum Iudæorum. Hic
 sumpta audacia ingressus est ad
 Pilatū, & petiit ab eo, ut tolleret
 corpus Iesu. Pilatus autem admis-
 ratus est si iam mortuus esset. Et
 accersito ad se Centurione inter-




HISTORIA PASSIONES

rogauit illum, an iam dudū mortuus fuisset. Et re cognita ex Centurione, donauit corpus Iesu ipsi Ioseph, iubens reddi illum. Et Ioseph mercatus est sindonem. Venit autem & Nicodemus, qui uenerat primū ad Iesum nocte, ferens mixturam myrrhæ & aloës, ad libras fermè centum. Accepit



rupis

runt ergo corpus Iesu depositū,
& inuoluerunt illud in sindone
munda, obuinxerūtq; linteis cum
aromatibus, sicut mos est Iudæis
sepelire. Erat autē in eo loco, ubi
crucifixus est, hortus, & in horto
monumentū Ioseph nouū, quod
is exciderat in petra, in quo non-
dum quisquam positus erat. Ibi



HISTORIA PASSIONIS

ergo, quia parasceue erat Iudæo-
rum, & sabbatum illucescebat,
quòd in propinquo esset monu-
mentum, posuerunt Iesum. Et ad-
uoluto saxo ingenti ad ostiū mo-
numenti, abierunt. Erat autem ibi
Maria Magdalene, & Maria Io-
se sedentes contra sepulchrum, et
spectantes ubi poneretur, & cum
mulieribus, cum quibus uenerant
cum Iesu de Galilæa, uiderunt mo-
numentū, & quemadmodum po-
situm erat corpus eius. Reuersæ
uerò mulieres parauerunt aroma-
ta & unguenta, ac sabbato quidē
quieuerunt secundum præceptū.

Postero autem die quæ sequit-
tur post parasceuen, conuenerunt
principes sacerdotū & Pharisei
ad Pilatum, dicentes: Domine re-
cordati sumus, quòd impostor il-
le

le dixit adhuc uiuens: Post tres dies resurgam. Iube ergo muniri sepulchrum usq; in diem tertium, ne quando ueniant discipuli eius, & furentur eum, dicantq; plebi, surrexit à mortuis, & erit nouissimus error peior illo priore. Ait illis Pilatus: Habetis custodiam. Ite munite sicut scitis: Illi autem abeuntes munierunt sepulchrum obsignato lapide, adhibitis custodibus.

Quid significat sepultura Christi?

Primum, quietem in ipso diuinae naturae, quae in passione & morte quieuit, hoc est, non exeruit uires suas, etiamsi nunquam fuerit separata, neq; à corpore, neq; ab anima Christi. Secundò nostram sepulturam, ex qua resurrectionem & uitam nouam expectamus fide. Tertio, mortificationem corruptae nostrae naturae, sicut dicitur ad Rom. 6. Sepulti sumus unà cum Christo, ut in nouitate uitae ambulemus, &c.

HISTORIA PASSIONIS

Quid Deus requirit à nobis pro beneficio nostræ redemptionis per filium partæ ?

Primum, ut agnoscamus irā Dei aduersus peccata, quam solus filius Dei placare potuit. Secundò agnoscamus & prædicemus etiam misericordiam Dei ineffabilem, quòd filium pro nobis uoluerit fieri uictimam. Tertiò, ut erigamus nos cogitatione huius beneficij in paucis peccati, mortis, & inferni, & Deo agamus gratias.

O B I E C T I O N E S.

I. An necessitas aliqua excuset peccatum.

Necessitas excusat.

Pilatus coactus improbitate Iudæorum, Christum damnauit:

Ergo non est reus mortis Christi.

R E S P O N S I O.

Nego maiorem: quia nulla est necessitas tã dura ac magna, quæ excuset peccatum, hoc est, ut agamus contra uerbum Dei, & testimonium conscientie, sicut Pilatus Christum damnauit, quẽ toties pronunciãrat esse innocentem.

II. De uerbis Christi ad mulieres, quæ ipsum sequebantur fletus.

Commiseratio seu *soeyh*, qua alienis ærumnis afficimur, est laudabilis:

Ergo Christus non rectè reprehendit

dit mulieres deflentes ipsum com-
muni commiseratione.

Respondeo per distinctionem: Christus nō re-
prehendit ipsam sopylw̄ in mulieribus, sed igno-
rantia earum, quōd scilicet ignorant causam mor-
tis Christi esse peccata nostra. Ideo iubet, ut suas
miserias agnoscam, & discant quærere remedia
& consolationes in morte Christi.

III. Quomodo Christus derelictus
sit à patre.

Christus clamat se derelictū à Deo,
Ergo natura diuina in Christo fuit
separabilis ab humana.

R E S P O N S I O.

Nego consequentiam: Quia derelinqui à Deo,
hic est destitui ad tēpus à Deo, non iuuari à Deo,
non sentire consolationes.

IIII. De uera fide operante per
opera.

Vera fides seu pœnitentia habet fru-
ctus, seu bona opera.

Fides latronis nō habet bona opera:
Ergo latro non habuit ueram fidem,
seu pœnitentiam.

R E S P O N S I O.

Nego minorem. Nam latro multas habuit uirtu-
tes, seu bona opera, uidelicet cōtritionem, fidem,
confessionē innocentie Christi, & agnitionem suę
delicti,

HISTORIA PASSIONIS

delicti, dilectionem Dei & proximi: quia socium
pœne obiurgat & admonet pœnitentiæ.

V. De Eclipsi facta in passione Christi.

Naturalia non sunt signa.

Eclipses habent naturales causas:

Ergo hæc Eclipsis, quæ fuit in passio-
ne Christi, nõ fuit signum iræ Dei
uindicaturi mortem filij sui.


Respondeo: Primum nego maiorem, quia etiã
naturalia sunt signa, sicut Iris signum est fœde-
ris inter Noah & Deum. Deinde nego minorem,
quæ non est uniuersaliter uera. Nam hæc Eclipsis
quæ facta est in oppositione Solis & Lune, non
fuit naturalis. Nam Eclipses tantum in con-
iunctione fiunt usitato ordine

nature.

DE

DE RESVRRECTIONE IESV CHRISTI.

Ecce Herebi uictor, Satana, mortisq; resurgit
 Mortuus, ut regnet Christus ubiq; Deus.
 Nil ualet hic statio uigilum, nil saxea moles:
 Non potuit uite mors retinere uirum.



Qum præterisset sabba-
 tum, Maria Magda-
 lene, & altera Maria,
 quæ Iacobi dicitur, &
 Salome,


HISTORIA PASSIONIS

Salome, & Ioanna, & cæteræ, quæ cum eis erant, quæ uenerant cum Iesu de Galilæa, emerunt & parauerunt aromata, ut uenirent & ungerent Iesum. Nam sabbato quieuerant secundum præceptū.

Vespera autem sabbatorum, quæ lucefcit in unā sabbatorum, id est, mane profundo crepusculo, cū adhuc essent tenebræ primo die sabbatorum, siue (ut Marcus ait) summo diluculo diei primi sabbatorum, ueniunt ex orto sole ad monumentum, portantes quæ parauerant aromata.

Et ecce terræmotus factus est magnus, Angelus enim Domini descendit de cœlo, & accedēs deuoluit lapidē ab ostio, sedebatq; super eum. Erat autem aspectus eius sicut fulgur, & uestimentum

eius



eius candidum sicut nix. Præ timore autem eius cōcussi sunt custodes, & facti sunt uelut mortui.

Mulieres autem dicebāt ad inuicem : Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti ? Nam erat magnus ualde. Et cū respexissent, uident lapidem esse reuolutum

HISTORIA PASSIONIS

Iutum à monumento. Et ingressæ
in monumentum nō inuenerunt
corpus Domini Iesu. Et factum
est dum mente consternatę essent
de hoc, ecce duo uiri steterunt ius-
ta illas in uestibus fulgurātibus.
Cū expauissent autem, & decli-
narent uultum in terram, dixerūt
ad illas: Quid quæritis uiuentem
cum mortuis? Nō est hic, sed sur-
rexit. Recordamini ut dixerit uo-
bis cū adhuc in Galilæa esset, di-
cēs, quòd oportuerit filium homi-
nis tradi in manus hominum pec-
catorum, et crucifigi, & die tertio
resurgere. Et recordatę sunt uer-
borum eius, & regressæ à monu-
mento, nunciauerunt hæc omnia
illis undecim, & ceteris omnibus.
Et dicebant ad Apostolos hæc, et
uisa sunt apud illos ceu deliramē-
tum

tum uerba illarum, neq; crediderunt illis. Currit uerò Maria Magdalene & uenit ad Simonem Petrum, et ad alterum illum discipulum, quē amabat Iesus, & dicit illis: Sustulerunt Dominum è monumento, & nescimus ubi posuerint eum.

Surgens ergo Petrus exiit, et ille alius discipulus, & uenerunt ad monumentū. Currebāt autē duo simul, & ille alius discipulus præcucurrit citius Petro, uenitq; prior ad monumentū, et cū se inclinasset, uidit posita linteamina, nō tamē introiuit. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introiuit in monumentū. Et uidet linteamina sola posita, & sudarium quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positū, sed separa-

G

HISTORIA PASSIONIS

tim inuolutum in unum locum.
Tunc ergo introiuit & ille alius
discipulus, qui uenerat prior ad
monumentū, uiditq; & credidit.
Nondum enim nouerant scriptu-
ram, quòd oportuisset eū à mor-
tuis resurgere. Discipuli ergo mi-
rantes quod acciderat, abierunt
rursus ad semetipsos.

Maria autem stabat ad monu-
mentum foris plorans. Dum er-
go fleret inclinauit se in monumē-
tum, & uidet duos angelos ami-
ctos albis sedentes, unum ad ca-
put, & alterum ad pedes, illic ubi
posuerant corpus Iesu. Dicunt ei
illi: Mulier quid ploras? Dicit eis:
Sustulerūt Dominum meum, nec
scio ubi posuerint eum.

Hæc cū dixisset, conuersa est
retrosum, & uidet Iesum stantē,
nes



nec sciebat quòd Iesus esset, dicit
ei Iesus: Mulier quid ploras? quē
quæris? Illa existimās quòd hortu
lanus esset, dicit ei: Dñe si tu aspor
tasti eū, dicito mihi ubi posueris

G 3

HISTORIA PASSIONIS

eum, & ego eum tollam. Dicit ei Iesus: Maria. Conuersa illa dixit ei: Rabboni, quod dicitur Magister. Dicit ei Iesus: Noli me tangere, Nondum enim ascendi ad patrem meum, Sed uade ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad patrem meum, & patrem uestrum, & Deum meum, & Deum uestrum, Hęc est illa Maria Magdalene, de qua Iesus eiecerat septē dæmonia, cui cū surrexisset apparuit primum, mane primo die sabbati. Illa autem profecta renunciauit discipulis qui cum illo fuerāt, lugentibus ac flentibus, quod uidisset Dominū, & ea dixisset sibi. Et illi cū audissent quod uiueret, ac uisus esset ab illa, non crediderunt.

Ingressę autem mulieres in monumentum, uiderunt adulescentem

tem

tem sedentem à dextris, amictum
stola candida, & expauerūt. Erat
autem Angelus Domini. At ille di-
citeis: Nolite timere uos, scio e-
nim quòd Iesum Nazarenum, qui
crucifixus fuit, quæritis. Non est
hic, surrexit enim, sicut dixit. Ven-
nite & uidete locum, ubi posue-
rant Dominum. Et abeuntes, citò
dicite discipulis eius, & Petro,
quòd surrexit à mortuis, & ecce
præcedit uos in Galilæam, illic e-
um uidebitis, sicut dixit uobis. Ec-
ce dixi uobis. Et abeuntes celeris-
ter fugerunt à monumento cum
timore & gaudio magno, & cur-
rebant ut renunciarent discipulis
eius. Habebat autem illas tremor
& stupor, neq; cuiquam quicquã
dicebant, timebãt enim. Cùm au-
tem issent ad renunciandum disci-

HISTORIA PASSIONIS

pulis eius, ecce Iesus occurrit illis, dicens: Auerte. Illæ autem accesserunt & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Tunc ait illis Iesus: Nolite timere, Ite renunciate fratribus meis, ut eant in Galilæam, & ibi me uidebunt.

Quæ quum abissent, ecce quidam è custodibus uenerunt in ciuitatem, ac renunciauerunt principibus sacerdotum omnia quæ acciderant, Et congregati cum senioribus, consilio habito, pecuniam copiosam dederunt militibus, dicentes: Dicite, Discipuli eius nocte uenerunt, & furati sunt eum nobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit à præside, nos persuadebimus ei, & securos uos faciemus. At illi accepta pecunia, fecerunt sicut erant edocti, & diuulgatus

IESV CHRISTI. se

uulgatus est hic sermo apud Iu-
daeos usq; in hodiernum diem.

Quid est Resurrectio Iesu
Christi?

Est resuscitatio, qua post mortem propria po-
tentiareuixit, uictor peccati, mortis, & Satanae,
& familiariter cōuersatus & collocutus est cum
discipulis suis quadraginta dies de regno Dei. A-
ctorum 1.

Quis est fructus seu utilitas resur-
rectionis Iesu Christi?

Utilitas triplex est. Prima iustificatio nostri.
Roma. 4. Deus excitauit Iesum Dominum nostrū
ā mortuis: qui traditus fuit propter peccata nos-
tra, & excitatus propter iustificationem nostri.
Secunda, nouitas uitae, seu spiritualis uiuificatio,
de qua D. Paulus ad Roma. 6. Sepulti sumus unā
cum Christo per baptismum in mortem: ut, quem-
admodum excitatus est Christus ex mortuis per
gloriam patris, ita & nos in nouitate uitae ambu-
lemus. Tertia, resurrectio nostrorum corporum
in nouissimo die, de qua 1. Thessa. 4. Si credimus,
quod Iesus mortuus est, & resurrexit, sic et Deus
eos, qui obdormierunt per Iesum,
adducet cum illo.

HISTORIA DE
MORTE ET CRUCE IESU
Christi filij Dei, Seruatoris nostri,
secundum quatuor Euangelistas, E-
legiaco carmine per Ioannem
Lonicerum, Filium,
reddita,

ERVDITIONE ET MO-
RVM INTEGRITATE CON-
spicuis iuuenibus, Cunrado Thrasybulo, & Hedde-
rico Theophilo Loniceris, Magisterij insignibus
iam ornatis, fratribus suis dilectis, Ioan-
nes Loniceri *εὐ πρὸς θεῶν.*



*Si gratamur ei, morbos qui eua-
sit acutos,
Si reduci, si qui gaudet honore
nouo:*

*Quantò illis magè, quos Virtus Musæq; coronât,
Gratandum est, hic nō cum emoriatur honor.
Ergo decet, fratres mihi nunc gaudere suaues,
Thasphile gratamem me & Thrasybule tibi.
Quippe Heliconiades, quibus à puerilibus annis
Addicti, nunquam non coluistis eas:
Debita pro uestris soluerunt præmia grate
Seruitijs uobis, quæ decora alta dabunt.*

Gaudet

Gaudet uterq; parēs uestro hoc uenerādis hono:
 Atq; Deo laudes, uotaq; grata ferunt. (re,
 Sicq; Machaonia frater sectator Adamus
 Artis, non nostrae gloria parua domus.
 Sicq; tener patris non ultima cura Philippus,
 Maxima uestro ex hoc gaudia honore ferunt.
 Sic ego, sic etiam nostrarum casta sororum
 Pectora, percipimus gaudia iusta satis.
 Congaudetq; corona uirūm, quos casta sororum
 Castalidum eduxit, Pieridumq; fides.
 Acciuit ex quorum numero quis talia uobis
 Carmina, collaudans sedulitatis opus.
 Heus iuuenes iter ingressi uirtutis auitae,
 Gloria Apollinei Sicelidumq; chori:
 Praemia uirtutis sunt haec, mercesq; laborum,
 Barbaries uobis est superata quibus.
 Quaeq; caput uestrū decorātq;, teguntq; corone,
 Musarum has nexit, digna brabea, chorus.
 Vosq; monet pede non pigro hinc insistere cepto
 Cursum, qui uobis commoda multa feret.
 Maesti igitur uirtute estote, domestica uterq;
 Exempla ante oculos constituendo suos.
 Maesti etiam pietate estote animoq;, decora
 Vestrae ita continget uos decora esse domus.
 Doctorum haec cantant uobis epinicia linguae,
 Haecq; uelut uobis esse celeusma uolunt.
 Littera sed ueniat ne sicut a symbola nostra,
 Nullaq; Apo haec uobis nostra phoreta ferat:

*Dona nec Alcinoi, nec in Hesperidum Paradiso
sumpta, sed in pratis Thespiadum orta gerit.
Carmina nempe quibus crudelia fata canebam
CHRISTI, unus nobis qui mediator adest.
Hæc pietatis erunt irritamenta, eademq;
Fraterni nobis pignus amoris erunt.
Hæc uobis, uestraq; etiam sub nomine cuius
Dedico, si iuuenis sit pietatis amans.
Sapphicon adieci, quo decantauit Iesus
Natalem, nostri sobria Musa patris.
Hoc ego cum solus fruerer, committere quiu
Haud porro, quin et uos legeretis idem.
Vobiscumq; alij scripto frueremur eodem,
Quo uita scripta est norma probata pie.
Accipite ergo hilari nostra hæc pia carmina fron
Dimidium, o fratres, uita animeq; mee. (te
Atq; Magisterij nomen titulumq; tueri
Vnica sit uobis cura, opus etq; labor.
De quo nequaquam diffidens, cesso monere,
Spomè citis uide arne dare calcare quis.
Quod superest ergo, precor hæc insignia uergat
Inq; Dei laudes, in patrieq; bonum.
Quod faxit miserans Christi pater, ille ualere
Vos faciat pueros pro pietate sua.*

*Langenschualbachi, eisdibus Nouembribus,
Anno à Virgineo partu Millesimo, Quingen
tesimo, Quinquagesimo primo.*

DEO

DEO DVCE ET
AVSPICE CHRISTO.

Spiritus ô Rector mundi sanctissime, sensus
 Illustrans ueri cognitione pios:
 Tamorum fuerit Christo quæ causa malorum,
 Pendeat ut mundi triste catharma, cruce:
 Commemora, nec enim leue quid succenderit iras
 In mihi tantas & misereunte patre.
 Christe amor erga homines tuus haud effabilis ulli
 Impulit, ut ferres tot mala sponte tua.
 Namq; tua pro diuina pietate misertus
 Humani generis depereunus eras.
 Qui quia transgressi fuerant suprema parentis
 iussa, nec à uicinis abstinere cibus:
 Incurrere grauem patris omnipotentis in iram,
 Mortis & eterno succubere iugo.
 Excutere hoc humeris posset qui, patris & iras
 Placaret iustas, conciliatus ei,
 Nullus erat. Sic mortales ræcoëthes habebat
 Peccandi cunctos, immedicabiliter.
 Sed mortale genus Christus miseratus amanter,
 Christus ab æterno filius ille Dei:
 Se pro peccatis hominum deuouit, ut esset
 Hostia, qua patri concilietur homo.
 Tante molis erat confringi spicula mortis,
 Imperium euertere Tartarciq; ducis.

Ergo

PASSIO CHRISTI

Ergo sui postquam uoti fatalis adesset
Hora, patris linquit regna superna Dei.
Induiturq; Deus mortalia uiscera Iesus,
Conceptum ex sancto pneumate Virgo parit.
Patris ut irati mediator tolleret iras,
Quas accenderunt debita nostra graues.
Defunctorum animas uerus caducifer umbris
Excibat Stygio fonte redire iubens.
Præterea infirmos tactu uerbisq; iuuabat,
In quauis etiam debilitate sitos.
Donec ut appeteret tempus, quo nostra daretur
Ob peccata suo uictima grata patri.
Fatales autem ueri cùm Paschatis horas
Apparere patris maxima iussa uolunt:
Ascierat quos doctrine biss: x sibi Christus,
Et uitæ testes uocibus his: z petit:
O fratres, o uita mihi, ex plusquàm mea uita,
Lux nobis post hanc tertia Pascha dabit,
Filius hæc hominis multum patietur acerbi,
Perferet insultus, scommata, flagra, crucem.
Ut me credatis Christum, cùm talia fient,
Hæc quàm contingant uos uolo scire prius.
Omni ex quò sine me culpa noxæue sciatis,
Verum uos propter spontè subisse crucem.
Talia discipulis cùm pandit uerba magister,
Concilium cogunt Pontificesq; suum.
Quippe sacerdotum primos summi Caiaphæ,
Et scribas testum pontificale capit.

Nce

CARM. ELEG. REDDITA. 55

Nec desunt populi seniorum non pia turba,
In Christi iurant unius usq; necem.
Quæq; dolo possint comprehensum tradere morti
Consultant: hæc est unica cura malis.
Azyma festa cauent, fiat ne fortè tumultus,
Christus & euadens surripiatur eis.
Bethania interea cùm Christum parua teneret,
Leprosusq; Simon hospita dona daret:
Vnguento Nardi, quæ Pistica dicitur, ipsi
Perfundit quædam foemina sancta caput.
Iacturam unguenti fert indignè Iscariotes
Iudas, quem furem dogmata sacra uocant.
Tercentum potuisset, ait, diuendier istud
Vnguentum drachmis, pauperibusq; dari.
Erga me est operata bonum hæc opus, inquit Iesus,
Hanc quare tristem reddere porrò caue.
Ut bene pauperibus faxis, occasio nunquam
Deerit, at haud semper uos mihi adesse datur.
Corporis hæc unguenta sibi seruauit in huius
Ipsa sepulturam foemina plena fide.
Amen certa loquor, quãdo atq; ubicunq; sonabunt
Verba mea, huius item facta canentur ibi.
Accipit hæc Iudas, ut erat non æquus, iniquè,
Concipiens animo facta nefanda suo.
Dirus id aduertens Satan, peruersa subintrat
Corda uiri, Christo damna dedisse monens.
Ergo sacerdotum primos populiq; magistras
Conuenit, & pandit mente reposita sua.

Pro

PASSIO CHRISTI

Pro Christo argentumq; paciscitur execrandum,
Nummis ter uenit uictima sacra decem.

Quare tradendi sibi tempora idonea Christum
Disquirat iudas, Azyma festa placent.

Quorum illucebat sed quando parasceua, Iesum
Discipuli affantur simplice mente suum:

Dic ubinam celebrare tibi Paschalia cordi est
Festa, parare labor cetera noster erit.

Cui fidei, Petro, confessio nomina fecit,

Præceptor Christus talia dicta refert:

Cœnia teq; Simon Solymæ sociumq; Iōannem

Est operæ precium sancta subire citos.

Obuius ingressis, cui fictilis hydria fertur,

Occurret, qui cum tecta subite simul.

Atq; domus domino uos hæc mea iussa referte,

Nunciat hæc Rabbi noster amice tibi:

Festa mihi celebrare sedet Paschalia tecum,

Nanq; meum præsto, præscio, tempus adest.

Monstrabit lætus coenacula strata, parate

Pascha illic, ritus hos pater ipse dedit.

Impigri peragunt Domini mandata ministri,

Dicta fides sequitur, Pascha paratur eis.

Horam sub cœnæ bissex comitatus Iesus

Venit discipulis, incubuitq; thoro.

Christus Tradita cumq; sibi diuinitus omnia sciret,

discipulo Satan cum Iudæ cor subiisset ouans:

ru pedes Ecœna surgit præinctus ueste repostæ,

lauat. Et lauat extergit discipulisq; pedes.

Ordo

CARM. ELEG. REDDITA. 50

Ordo Petrum poscit, Petrus præstare recusat
 Discipulo Dominum munera t. n. a sibi.
 Sed non ulla tibi uentura est portio mecum,
 Christus ait, nisi te lauero charè Simon.
 Territus his caput atq; manus, plâtasq; magistro
 Offert attonita mente lauanda Petrus.
 Christus huic contrâ, abluto non est opus ultrâ
 Quàm mundare pedes, est quia mundus, ait.
 Tu quoq; chara cohors munda es, sed non tamen
 Nâ struit insidias qui mihi notus, ait. (omnis,
 Inde pedes postquam præceptor discipulorum
 Lauisset, mensis accubisset item:
 Nunquid scitis, ait, mihi quæ sememia factè
 Huius sit, referam: uos trutinate probè.
 Vos Dominû, uos me Rabbi, uestrumq; magistrû
 Dicitis, & rectè, sicq; uocare decet.
 Ergo pedes uestros si me lauisset magistrum
 Non puduit, uos & talia facta decent.
 Ipse humilis uos esse humiles, seruire minorè
 Maioremq; uolo, talia regna mihi.
 Legatus potior non est legante, minister
 Nec domino, felix qui scit id, atq; facit.
 Felices cunctos me dicere nolo putetis,
 Electi sitis qui mihi, nosco probè.
 Verùm ut adimplenda scripturæ oracula fiant,
 Perditus eternum, prob dolor, unus erit.
 Ille ctenim quem tota animo constanter amabam,
 Qui mihi plus alijs uisus amicus erat.

Cui

PASSIO CHRISTI

•• Cui mensæ socium tribui communis honorem,
•• Ille tulit partes deseruisse meas.
•• Ille mihi insidias posuit, quibus implicet, ut sit
•• Quæ premat innocuum noxia poena caput.
Antè reuelavi hæc uobis, quàm perficiantur,
Ne tum quis Christum me dubitare queat.
Amen, certa loquor, missum qui suscipit à me,
Suscipit is felix meq; patremq; meum.
Hæc ubi dicta dedit, ueros ipsius & acres
Spiritus horrores percipit atq; luit.
Turbata quare iuratus mente profatur,
Qui meus ex uobis proditor unus erit.
Alter in alterius quo circa lumina uultum
Defigunt, dubij si quis id ausit homo.
Sū' ne ego quisq; pauēs dicebat, men' scelus heu heu
Tantum, men' tantum posse patrare nefas?
Sortis lesus ait, uestræ est hic, inq; catinum
Intinxit mecum, cui mea damna placent.
Spontè quidē obsequiū patri nūc præsto, crucisq;
Supplicium pendam, quo ferar huius ope.
Ast illi uæ, non natum conduceret esse,
Quàm sit ut insanus traditor ipse mei.
Pectore contrà indurato, men' dicis Iudas
Respondet Domino, te puto, Christus ait.
Vobiscum prius hoc patiar quàm uescier agno
Paschali, in uotis quàm fuit usq; mihi.
De illo ego nam deinceps uerè non amplius usq;
Dum patris in regno perficiatur, edam.

Præbibi

CARM. ELEG. REDDITA. 57

Præbabit inde suis ualedicens ordine, & inquit:
Quisq; sibi hunc calicem sumat, & inde bibat.
Donec enim patris adueniant sanctissima regna,
Nulla ego uobiscum dulcia uina bibam.
Sic fatus laud: sç; patri gratesq; ferebat,
Omnibus & panis fragmina sacra dabat.
Sumite, uescimini, dicens, hoc est mihi corpus,
Quod nunc pro uobis hostia sacra datur.
Pane eritis quoties hoc sacro cunq; refecti,
Vsq; meæ mortis uos meminisse uolo.
Coenatus simili calicem ratione recepit,
Post patris laudes sumere quenq; iubens.
Ecce nouū in nostro est quod sanguine testamentū
Sanguine quo uobis uulnera nostra fluunt.
Semper honos, nomenq; meum laude sç; canentur,
Ex calice hoc quotiescunq; bibetis, ait.
Amen, certa loquor, uitis non germina posthac
Gustabo, noua dum regna paterna dabunt.
En tamen, en mecum mensa fruitur sociali,
Religio innocuum tradere nulla cui.
Ah saltem pudeat fœcti, si non piget ipsum,
O utinam potius pœnituisse queat.
Filius ac hominis, uelut est æterna uoluntas
Patris, ab it morsu læsus ab angue pedes.
Cuius at auspicijs mortem luet in cruce diram,
Æternæ hunc mortis spicula sæua petent.
Percellunt rursus mentes hæc uerba ministrūm,
Alter in alterius lumina lumen agunt.

PASSIO CHRISTI

Inter se dubij & cœperunt querere, quisnam
Vel posset tamum uelle patrare nefas.
Vnus erat quem forte sinu tum Christe fouebas,
Ante alios unus qui tibi charus erat.
Innuit huic Petrus, sceleris perquirere tanti
Autorem: socius iussa Petrina capit.
Blanda & Iōannes compellat uoce magistrum,
Da nobis, qui sit traditor iste tuus.
Ille est intinctam cui tradidero bucellam,
Christus ait, cuius gemibus arte dabor.
Impius iudicio hoc nunquid resipiscit Iudas?
Occupat heu Satan plus fera corda uiri.
Ergo cum nollet conuerti, intrasset & ipsum
Satan, Christus ei talia dicta refert:
Mente tua quæ moliris, citò perfice Iuda:
Hæc tum quæque latet, quid sibi uerba uelint.
Nam quia erat Christo à loculis, dixisse putabāt,
Ad festum ut præsens sit quibus usus emat.
Aut eleemosynam dare præcepisse magistrum
Pauperibus, iussit quos aluisse Deus.
Iudas ergo nihil noctem tenebrasque moratus
Exit, tum Christus talia uerba facit:
Gloria nunc cœli, maiestas nunc mihi regni
Est data, perpetuus nunc mihi partus honor.
Gloria parta mihi, quam prædixere Prophete,
Quam scriptura canit, gloria parta mihi.
Nunc quoque parta patri per me sunt nomina ueræ,
Gloria, laus & honor, perpetuumque decus.
Nominis

CARM. ELEG. REDDITA. 58

Nominis ergo sui quia per me gloria terras
Illustrata uidet, nec sine honore colit.
Illustrare meum similiratione paratus
Est nomen, magnis laudibus usq; pater.
Nec multos id post annos, post secula multa,
Sed modò per mortē, probra, cruce[m]q; dabit.
Hæc super ipse sui dum maiestate profatur
Regni, discipulos seditio acris habet.
Primas sit regni quis suscepturus habenas,
Post Christum cuius gloria prima foret.
Ambitione ipsos, regniq; cupidine ferri
Christus ut agnouit, stulta ita corda domat:
Regibus id mundi concessum est, hosq; salutans
Clementes, claros, magnanimosq; duces.
Non eadem uobis ratio est, sed maior haberi
Qui uolet, et potior, sit minor iste quidem?
Quiq; præest, similis fiat per cuncta necesse est
Subiecto, hæc regni lex rata prima mei.
Quæso maior uter, discumbens an me ministrans
Atqui sum uobis ecce minister ego.
Vos quia in ærumnis mecum durastis acerbis,
Mundana maior gloria certa manet.
Quæ data regna mihi, uobis ea uado paratum,
Illic æternum sceptrum tenere dabo.
Illic uos faciam mensis a sidere nostris.
Nectare uos potans, ambrosiaq; cibans.
Iudiciumq; tribus magni super Israëlis
Committam uobis, constituamq; thronos.

PASSIO CHRISTI

Tempore adhuc paruo uobiscū cōmoror, & mē
Quæretis cordi pignora grata meo.
Quoq; ego nunc abeo, uos non abiisse potestis,
Id quod iudæis diximus antè quidem.
Ergo nouam uobis moriturus sancio legem,
Mutua lex uobis semper amoris erit.
Utq; ego sum summo uos semper amore secutus,
Sic uobis nunquam mutuus absit amor.
Inde meos cuncti uos noscent esse ministros,
Mutua si uestri uincula amoris erunt.
Quò uadas nobis Iesu da chare magister,
Petrus ait, quouis te sequar, ibo comes.
Cui Christus, modò quod faciã, haud iter ingredie
Olim tempus erit, quãdo sequere Petre. (ris.
Mene sequi Petrus conrà, non posse magister?
Sum pro te summum certus obire diem.
Tē ne Simon uitam pro me deponere posse?
Præsumas nimium ne tibi, Christus ait.
Amen, reuera me tertius antè negabis,
Hac sua quàm gallus carmina nocte dabit.
Ecce Simon uobis Satan nocuisse petiuit,
Triticeo expetijt uosq; cribrare modo.
Sed mea apud patrem pro te intercessio præstat,
Ne tua deficiat Petre aliquando fides.
Conuersusq; tuos fratres confirma aliquando,
In bonitate Dei spem posuisse docens.
Huic iterum Petrus, pro te mortemq; subire,
Altis sum promptus carceribusq; tegi.

NOB

CARM. ELEG. REDDITA. 59

Non prius hoc gallus noctis, respondet Iesus,
 Cantabit, quam me ter tua lingua neget.
 Successus equidem repetens Petre memere priores,
 Magnanimus quiduis nunc tolerare potes.
 Defuit an quicquam uobis quando absq; crumena,
 Et uirga & crepidis misimus ere sine?
 At nunc euentus alij, nunc plurima deerunt,
 Hoc uobis tempus tristia multa dabit.
 Vendite nunc saccos cuncti, per asq; togasq;
 Accingatq; suum quilibet ense latus.
 Hæc ferrum, gladios, umbones tempora poscunt,
 Sed modò in his quicquã præsidij esse nequit.
 De me quod dudum prædixit carmine uates
 Fatidicus, sacro perficietur enim.
 Nã ueluti scelus ipsum, omnis seclerisq; magister Esaiæ 53.
 In cruce suffixus maxima probra feram.
 Cætera quæ sacri de me cecinere Prophetæ,
 Sunt impleta, crucis mors mihi sola super.
 Petrus adhæc, nobis geminæ sunt ecce macheræ,
 Ah Petre sufficiunt, Virgine natus ait.
 His alijsq; suos Christus solatus amicos,
 Hymnos cum patri concinere pios.
 Obscuri Kidron torrentis flumina transit,
 Atq; oleas montis cum grege pastor adit.
 Edocet instanti quæ sint & scandala nocte
 Passuri, propter uincla crucemq; suam.
 Deserat hæc ait, à uobis heu nocte negatus,
 Dum sibi quisq; fuga consuluisse studet.

PASSIO CHRISTI

Et mea tunc poterunt mendacia uerba uideri,

Nec uobis uerus Christus habebor ego.

Dispergentur oues etenim pastore necato,

Hoc Domini faciet dextera fortis opus.

Propterea tamen haudquaquam uos ipse relinqua,

Et non pœneas quamuis me ferus hostis agat.

Namq; ubi prodiero nigri spoliator Auerni,

Cernendum uobis me Galilea dabit.

Econtra Petrus: Quamuis per duret amicus

Nemo tibi, solus mansero fidus, ait.

Cui Christus, noctis prius hoc ter lingua negabit.

Me tua, quam cantet bis Petre lucis auis.

Hem Rabbi tibi quis uideor? Petrus excipit. Imò.

Pro te uel mortem ferre paratus ero.

Inter se uario dum sic sermone fruuntur,

Proxima sunt ipsis iugera Gethsemanes.

Nō procul hortus erat, quo se cū fratribus infert

Christus, in hoc placuit proditione capi.

Nos ubi perpetuo cœli priuauit honore,

Ipsē miser miseros primus homo, hortus erat.

Hortulus est, in quo cœlestis maxima uita

Restituisse parat gaudia Christus homo.

Sæpius huc cum discipulis secedere Iesus

Consuērat, iudam nec locus iste latet.

Hic socios residere iubet, secedit ut oret,

Assumptis Petro, Zebbedæ oq; satis.

Hortū Ie
sus ingre
ditur.

Quis deitatis honos in Christo uisus, iisdem

Debilitas Christi in carne uidenda datur.

Iamq;

CARM. ELEG. REDDITA. 68

Iamq; loco procul haud absunt, tremor ipsius ar-
Afflictat, pavor ac est pia corda uiri. (tus

Tristis, ait, mea nunc anima est formidine mortis,
Ipsa uel hoc maior mors nequit esse metu.

Nunc oculis segnem fratres prohibete soporem,
Excubias mecum uos cecinisse rogo.

Ac uestram nullam ut uincat tentatio mentem,
Orando precibus sollicitate Deum.

Dixit & ad lapidis iactum diuisus ab ipsis,
Corpus humi pronus proiecit ante patrem.

Mutariq; patris posset si aeterna uoluntas,
Ut praesens a se transeat hora rogat.

Abba mi pater instantem da euadere mortem,
Id modo si fieri qua ratione potest.

Possibile est animo quicquid conceperis, ergo
Si placet, ab a me transeat iste calix.

Sed tamen immoto tua stet sententia gressu,
Velle meum nutu stetq; cadatq; tuo.

Tale precatus adit somno curisq; sepultos
Fratres, nec Petre ait, tu uigilare potes?

Tantane uos rerum tangit Petre cura mearum,
Positis mecum quin uigilare parum?

Obstantes precibus tentatori, uigilate:
Spiritus est promptus, sed caro firma minus.

Ergo nihil quia apud socios solaminus aegro
Euenit, ad patris numina sancta redit.

Ante preces habitas repetesq; docensq;, quod uno
Sola sit in Domino spes statuenda Deo.

Oratio
Iesu ad
patrem.

PASSIO CHRISTI

Si nequit hoc à me calicis transire, precatur,
Id dicto parens, ni biberò alme parens:
Sanxit ab aeterno tua quod diuina uoluntas,
Fiat, nec quicquam uelle sit usq; meum.
Num pater exaudit? nunquid solantur amici?
Peccati poena est nul opis essereo.
Ergo cum socij quæ dem responsa magistro
Nescirent, somnus quippe grauabat eos:
Et quamuis obmutuerat pater ante, petendi
Auxilij finem non tamen ipse facit.
Ante patrem rursus prouoluitur, oraq; terræ
Admouet, & patrem supplice uoce uocat.
Num tua sancta pater poterunt decreta moueri?
Sancta mihi sed fas iussa capeffere erit.
Angelus ecce patri cœli demittitur arce,
Soletur miserum quiq; ad agona parat.
Defectas qui sufficiat uires, foueatq;
Roboret inq; Deum spemq; fidemq; patrem.
Et iam mirando Christus cum morte duello
Congreditur, uaria mors petit arte uirum.
Sanguine & sancto destillant corpore guttae,
Has mortis cæstus elicuere graues.
Cœli spectauit gens hoc tristata duellum,
Singula credibile est uiscera mota patris.
Sed tamen urgebat Christum quò plus ferus hostis,
Hoc magis orabat patris anhelus opem.
Hinc socios moerore graues somnoq; reuisit,
Vale dicens, somno iam date membra pigro.
Præsensit

CARM, ELEG. REDDITA. 61

Præsensit postquam Iudæ sed adesse cohortem,
Quid dormitis ait, sufficit acta quies,
Surgite, quoq; minus temati dispereatis,
Fidenti Dominum uoce uocate Deum.
Venit summa dies, & ineluctabilis hora,
In peccatorum dedar ego ecce manus.
Surgite et hostibus aduersi nunc progrediamur,
Insonnem nam me qui petit, ecce propè est.
Vix ea fatus erat, quando execrandus Iudas
Traditor immanis perfidus hostis adest.
Nec paruus comitatus ei, Scribæ & Pharisei
Hunc plebisq; patres, unctaq; turba dedit.
Vernas quisq; suos latroni adiunxerat horum,
Dissimile haud dominis quod genus esse solet.
Laternasq; facesq; ferunt, ensesq; sudesq;
Nullus inermis adest, præbuit arma furor.
His signum dederat cui figeret oscula Iudas,
Ut uinctum hunc cautè solliciteq; trahant.
Nec latuere doli Christum, quare obuius ipsis
Egressus, uobis quæritur ecquis? ait.
Nec (dictu mirum) Iesus agnoscitur ulli,
Se Nazarenum quærere turba refert.
Respōdet Christus, coràm quem quæritis, adsum.
Cum Iuda cunctos uox ea sternit humi.
Quæsitī reddunt se quærere rursus Iesum,
En Galilæus, ait Christus, Iesos ego.
A uobis ergo si quæror, abire sinatis
Hos iubeo illesos, copia at esto mei.



PASSIO CHRISTI

Impleri sacro uenientes pectore uoces
Nanq; necesse fuit, quando precatus ait:
Conserua mihi seruandos quos sancte dedisti,
Conserua pater hos nomine sancte tuo.
Spiritus utq; idem, par spes, dilectioq; ipsis
Sitq; fides par, nos ut seruus unum & idem.
Donec eram in mundo, mea tunc custodijt omnes
Per nomen sanctum, sedula cura tuum.
Seruauit cunctos, mihi quos seruare dedisti,
Præter iudæ animam non perit ulla mihi.
Id quod Iesseo prædixit carmine uates,
Fata uiro quando dira precatus, ait:

Eob. „ Vita breuis misero per paucos duret in annos,

Ps. 109. „ Quod gerit, accipiat muneris alter opus.

Ergo capi postquam se permisisset Iesus,

Fixurus Iudas oscula propinquat ei.

Oscula- Rabbini salue dicit, simul oscula libat,

tur Iesum Reddit Iesus huic, ad quid amice uenis?

Iudas. Proh tibi amicitie specie perq; oscula prodor?

Oscula non ueri pignus amoris erunt?

Impia dehinc sequitur sceleratum turba latronem,

Iniciens Christo post data signa manus.

Vinciri ergo suum cernens duodena magistrum

Turba refert, ferro cernere nonne licet?

Auriculam fidens dextram Petrus ecce ministro

Pontificis Malcho demetit ense Simon.

Quatenus his seuire datum est, uolo eatenus ipsis

Concedi, quare parcite Christus ait.

Tuq;

CARM. ELEG. REDDITA. 63

Tuq; Simon gladium uagina condito, nanq;
 Ensem illegitimum qui capit, ense perit.
 Pocula nonne bibam, quæ miscuit ultima, patris?
 Nonne pius patri morigerabor ego?
 An non angelicas patrem auxilio legiones
 Bissæ oranti mittere posse putas?
 Impleri scriptura modo quo posset amabo?
 Sic fieri quando fata superna uolunt.
 Sic fatur, pro diuina pietate resectam
 Auriculam Malcho restituendo medens.
 Hinc proceres tēpli alloquitur, populi & senio-
 Vincta de turba, Pontificesq; feros. (res
 Latronum nunquid socius uixi, quod adestis
 Cum face, cum gladio, cuspide, fuste, Jude.
 Intereram uestris sacris, temploq; sedebam
 Assiduò doctor, solus, inermis, imops:
 Nec cōprendistis tunc me, nec tum mihi quisquam
 Iniecitue manus, ullæue damna dedit.
 Hora sed hæc uestra est, tenebrarū est hæcq; po-
 Fatidici ut fiant quæ cecinere uiri. (testas,
 Tunc uinctū fratres relinquūt, dominusq; ministris
 Deseritur, quod eis dixerat antè fore.
 Quidam etiam comitabatur tum fortè adolescens,
 Tecta erat huic tenera sindone nuda cutis.
 Hunc pueri puerum maiorum exempla secuti,
 Et ludos faciunt, & dare uincla parant.
 Ille fugit nudus post se tum ueste relicta,
 Ille fugit, quamuis nil nisi lusus erat,

Ecce

PASSIO CHRISTI

Ecce manus Christū interea post terga reuinctū
 Hannam ad carnifices mente furente trahūt.
 Cui quòd Pontificis qui tunc summus, socer esset
 Caiaphæ, factò gratificantur eo.

Caipha
 sistitur
 Iesus.

Ad Caiphā hinc magno Christum clamore trahē-
 Collectus Scriba hic & Phariseus erat. (bāt,
 Lazaron hic Caiphæ propter quoddā antè uoca-
 Concilium, quo sic differere orsus erat: (rat
 Ergo patres mentem monitis aduertite nostris,
 Consilij in uestro est pectore quando nihil:
 Pro populo præstat multò succumbere morti
 Vnum, ne quando gens malè tota cadat.
 Quod non fortuitum uatem dixisse putandum est.
 Sed quia pontificis functus honore fuit.
 Ponè sequebatur Petrus, subitè eminus alter,
 Alter Iōannes ad Caiphæ usq; domum.
 Pontifici sed notus erat Caiphæ Iōannes,
 Ostium ei quare pontificale patet.
 At foris expectans euentum ad limina stabat,
 Inter suspensus spemq; metumq; Petrus.
 Ergo Iōannes famulam cui ianua curæ
 Conuenit, & Petro porta reclusa patet.
 Serua sed in medio prunas congesserat aulæ,
 Gens arcens membris frigora sæua suis.
 Frigore defectos artus Petrus hicq; fouebat,
 Euentum ut Dominum cerneret inde sui.
 Quæ famula ad lumē cernens cum nosceret, infit:
 Hic tibi præceptor non Galilæus erat?

sed

CARM. ELEG. REDDITA. 63

Sed cunctis coram Petrus abnegat, atq; ita fatetur: Petrus
Hunc me quem dicis foemina, ego esse nego. abnegat.

Ille mihi ignotus uixit semper Galilaeus,
Et tua me prorsus dicta puella latent.

Quisq; suo iam nunc confederat ordine iudex,
Proq; tribunali uincula Christus habet.

Queritur et qualis fuerit doctrina docemi,
Et quales socij sint sibi, quidq; uelint.

Pontifici intrepidus respondet Christus: Apertè
Ecce palàm mundo cuncta loquebar ego.

Semper ego in templo docui, docui in synagoga,
Visitat assiduò quæ loca turba frequens.

Nil ego in occulto docui, quid quæris id abs me,
Qui uerbis inter, quære, fuere meis.

His ea quæ dixi sunt cognita: sicq; loquenti
Incusit colaphum, serua scelestæ manus.

Siccine Pontifici respondes? Christus at illi:
Argue, si dixi quid malè, uerba mea:

Si bene, cur cædis me, quæ est iniuria uinctum
Cædi? Annas uinctum miserat ad Caipham.

Verùm post primæ paulò periuria linguæ,
Cum calefecisset frigida membra Petrus:

Sollicito uarias uersauit pectore curas,
Vestibula inq; domus exijt ampla foràs.

Audijt hic noctis turbare silentia gallum,
Alteraq; agnoscit foemina uasra Petrum.

Astantesq; monet numero de discipulorum
Esse Petrum Christi, hoc proditur indicio.

Ergo

PASSIO CHRISTI

Ergo Petrum insimulant illius eum esse farinæ
 Hoc alius firmatq; indubitatus idem.
 Iuratus Dominū rursus abnegat, ille ego non sum,
 Qui simulor, dicens, nec mihi notus homo est.
 Vincta iterū ingrediturq; palatia, postq; pusillū,
 Post horæ unius tempora parua ferè:
 Astantum quidam: Næ te Galilæa loquela
 Arguit, ac horum uerè ait unus eras.
 Seruus item Malcho cōsanguinitate propinquus,
 Malcho priuārat quem Petrus aure Simon:
 Nōne comes Christo misero, cum captus in hor-
 Vinctus ē est, dicit, uisus es esse mihi? (to
 Deierat ē diris tum Petrus deuouet ipsum,
 Se consternatus nosse negatq; uirum.
 Vix ea fatus erat, quando crepitantibus alis
 Nunciat haud longè gallus abesse diem.
 Tunc sua conuersus miserrantia lumina flexit
 Ad Petrum lesos, eum poenituisse uolens.
 Qui reminiscendo prædicta oblitaq; Iesu,
 Et tamen lapsus præscia uerba sui:
 An fletus largè totus prorumpit amarus,
 Egressus lachrymis pascitur atq; suis.
 Testibus interea Christum conuincere falsis
 Concilij proceres, uncta cohorsq; student.
 Plurimus ē quamuis prodi-ret testis iniquus,
 Nil tamen innocuus quo premeretur erat.
 Prodierant equidem mendacia multa loquentes
 Multi, horum sed erat dissona lingua tamen.

Postre-

CARM. ELEG. REDDITA. 64

Postremo duo surgentes periuria, quæ non
insontem contra dicere religio est.
Audiimus uoces blasphemias edere Iesum,
Dicebant, contra templa sacra Deo.
Diruere hoc manibus quod factum est, non mihi temo
Difficile est, et me disijciante ruet. (plura
Inde tribus, nullis manibus constructa, diebus
Templa prioribus his splendidiora dabo.
Non sed erant Christo insonti tamè hæc damnando
Intellecta minus, tortaq; uerba malè.
Tum Caiphas, alio Iosephus nomine dictus,
In medium assurgitq; alloquiturq; reum:
Tu quid Iesu istis respondes? Crimina cur non
Diluis, obijciunt quæ tibi multa uiri?
Christus at instar ouis, sedat quæ muta lupinam
Ingluuiem, reddit prorsus ad illa nihil.
Nā quæ intendebant, manifesta calumnia uisa est,
Responsa ergo ab eo nulla tacente ferunt.
Ergo sacerdotum princeps rursus rogat ipsum:
Tu Iesu, Christus filius es ne Dei?
Per te ego uiuentem ad iuro Dominumq; Deumq;
Te Christus proles dicere sisne Dei.
Qui sic (nanq; decebat eum confessio ueri,
Venerat ut mundo cognitus esset enim)
Respondet, Tu dixisti. Verè ille ego Christus,
Sum patre progenitus, cunctipotente Deo.
Ac quamuis uidear uobis nunc nul minus esse,
Quàm sancti Christus filius ille Dei:

HORA

PASSIO CHRISTI

Hora tamen, quæ & nunc instat, me quando sedentem
A patris dextris conspicietis, erit.

Nubibus in cœli residens, & quando uenire
Conspiciar natus Virgine, tempus erit.

Vestimenta sua ad Christi hæc responsa sacerdos
Discindit summus, talibus orat item:

Audistis sibi diuini quod nominis usum
Blasphemo scelus hic arroget ore patres.

Ad conuincendum hunc quid egemus testibus ultra,
Facto igitur quid sit, constituamus, opus.

Pomifici uulgus suffragando intonat omne
Sacrificum, reus est mortis hic atq; crucis.

Tunc Christo illudunt ductores ipsius. ipsi
In faciemq; screant. ipsum alapisq; petunt.

Christus
conspui-
tur.

Pars colaphos tectæ faciei infringit, & inquit:
Percussor qui sit, uaticinare tuus.

Hæc alia & multa in Christum conuitia iactant,
Peccati poena est ludibrio esse malis.

Hæc fore prædixit quondam patruelis Iesu,
Oraculo tali regius Amœides:

Corpora cedentum duris tribui mea palmis,
Vellentum & digitis ora genasq; meas.

Falsa nec atrocis repuli conuitia lingue,
Sputa nec à facie qui prohiberet erat.

Linquebat terras iam nox amplexa sororem,
Luciferoq; oritur prægrediente dies:

Quando sacerdotum primi, legisq; periti,
Et plebis patres, omneq; concilium,

Aduersus

CARM. ELEG. REDDITA. 65

Aduersus Christum ut sublatus morte periret,
Conueniunt rursus, iudicioq; sedent.
Iudicioq; iterum damnandus sistitur insons,
Rursus eum querunt, Christus an ipse fiet.
Tum breuiter contra Christus: Si dixerō uobis,
Vos mihi sum certus nullam adhibere fidem.
Nulla mihi reddetis item responsa roganti,
Non etiam missum me facietis, ait.
Virtutisq; Dei à dextris regnansq; sedensq;
Ille ego, tempore ab hoc, Virgine natus ero.
Ergone patre Deo natum te dicis Iesu,
Instat hypocriticum sacrificumq; genus.
Christus at hæc cōtra: Vobis quod et antè fatebar
Esse satum fateor me genitore Deo.
Pluribus est quid opus tunc illi testibus ultra,
Ipsam cum peragat propria lingua reum.
Consurguntq; omnes, ac in prætoria Christum
Ingenti plausu letitiaq; trahunt.
Pilato & tradunt damnatum, ut is exequeretur
Scita sacerdotum, Concilijq; scelus.
Pontia nomen huic dedit insula Caietana,
Grata ubi turturibusq; Ortygibusq; quies.
Porro suo auspicio Iudas ductuq; magistrum
Damnatum cernens innocuum esse suum:
Primatesq; sacerdotum, legisq; sciens,
Mente sua furijs exagitat a dit.
Atq; refert nummos stipendia proditionis,
Pœnitet & dire uenditionis eum.

PASSIO CHRISTI

Peccavi desperato sermone profatur,
 Innocui mango sanguinis ater ego.
 Concilij proceres aiunt, tu uideris istud,
 Nil nostra refert feceris hoc ne pie.

Iudas su. Projicitur Iudae furesta pecunia templo,
 Spensus. Strangulat ipse abiens guttura reste sua.
 Pensilis & medius crepat, intestina profundens
 Cuncta, sui meriti praemia iusta ferens.
 Corbonae licet haud nobis inferre receptum.
 Argentum hoc, dicit gens scelerata, sacrum,
 Sanguinis est precium quia. Consiliū ergo iniere,
 Emere & figuli iugera arata boue.
 Hunc & agrū consecrârunt, locus hospes ut esset
 Ad peregrinorum corpora humana sacer.
 Dictus & est facti de nomine Akeldama agellus,
 Sanguinis hunc agrum lingua Latina uocat.
 Tunc impleta pijsunt haec oracula uatis.

Zach. 11. Zachariae, ante aliquot secula dicta quidem.
 Ad populum Dominus dicebā quondam adamatū,
 Progeniem electam dux Iacobe tuam:
 Eia agte id precij quo uobis aestimor, ad me
 Sarigenae ferte huc si placet ergo uiri:
 Stabit at hoc uestrum penes arbitriū placitumq;
 Liberum in hoc uobis sanè ego uelle sinam.
 Triginta argenti nummis tunc ecce licebam,
 Censebat precio hoc me populusq; meus.
 Hoc eris mihi Zachariae Dominusq; Deusq;
 Ut detur figulo proijce sanctus ait.

Numm

CARM. ELEG. REDDITA. 83

Nummorū ingenē ō summā, quibus æstimor ipsis,

O præclara etiam quæ spolia inde ferent.

Tunc ego proieci ter dena nomismata templo,

Hæc figulo iuxta iussa superna dari.

Verum cum Christus foret in prætoria ductus,

Trux Ebræorum gens manet ante fores.

Quos nō liuor edax, nō inuidæ corda prophanat,

Polluere hostectum iudiciale potest.

Ergo foras præses progressus querit ab ipsis,

Crimine quo damnent Christon, agantq; reum.

Qui courā: Verè si non malefactor hic esset,

Haud tibi damnandus traditus esset homo.

Nec nobis fidei tantum tribuis, nec honoris,

Gens sacra nos equidem & relligiosa sumus.

Vnā cum pennis & sanctus spiritus alis

Est noster, falli possumus ergo nihil.

Præses ad hæc: Vos magna quidē iactatis, at est si

Maieestas talis, dicti iuris item:

Accipite hūc iuxta & legem damnate paternam,

Non ego maudito crimine damno reum.

At illi, nobis nullum mulctare reorum

Morte licet, iuris quod sibi Cæsar habet.

Sic & adimpletur Christus quod dixerat antè,

Significans mortem qua moriturus erat.

Quādo ait: Ecce iterū Solymorū accedimus urbē; Mat. 20,

Hic uitæ faciam damna probrosa mea.

Dicetur dira hīc in me sententia mortis,

Hanc legum docti, Pontificesq; ferent.

PASSIO CHRISTI

Mecq; idolatris ludendum gentibus ijdem
Dedent, utq; crucem & liuida flagra feram.
Iudæi uario Christum de crimine Iesum
Tunc accusabant, Mosaiciq; patres.
Hicq; Iacobæo dicebant, seditiones
Excitat in populo, seditiosa docens.
Vlla tributa etenim uetuit dare regibus ullis
Externis, Christum & sese ait esse Dei.
Audire ergo reum, parte accusante relicta,
Ingressus præses, Rex sit an ipse rogat.
Præside consistens coram, antitheus uelut heros,
Pauca grauis Christus magnanimusq; refert:
Non opus est ex me hoc Ponti perquirere, Regem
Si ex te ipso nosti me esse, quid ergo rogas?
Si alij tibi narrarunt, ex testibus illud
Exquiras, non est nanq; reo ulla fides.
Cui præses: Vestra num sum de gente Abrahami,
Te Tharidæ tua gens nonne dedere mihi?
Ergo tua ad mortem qua sint peccata requiro.
Ex hoc, tum Christus, non mihi regna solo.
Si mihi de mundo regnum foret, essem ego genti
Israëliacæ fabula nulla meæ.
Dextera meq; potens esset tutata ministrum,
Essem ne genti præda petita meæ.
Sed mundana mihi nunc nō sunt regna, nec ampli
Terrena est regni conditio ulla mei.
Pontius huic: Ergo Rex estu. Reddit Iesus:
Nomina quod Regis das mihi, ritè facis.

Nanq;

CARM. ELEG. REDDITA. 67

Nanq; fatebor enim, ad regni sum natus habenas,
Non ut Romanos, Niliacó sue regam.

Ciui aut ullos premere imperio populorum,
Scribere uel leges cautaq; iura fori.

Inmundum uenised ad hoc, ut testificarer
De uero & ueri relligione Dei.

Quisquis at est uera uerus pietatis amator,
Audiet hic Regem me dominumq; colet.

Contemptu ex Epicureo tum Pontius infit:
Quid uerum? Næ nil, Rex nisi uerus eris.

Sic fatus rursus ad proceres progressus Iudæ,
Comperi ait, facti hunc nullius esse reum.

Quam uocem Ponius seuit contra Isacidarum,
Ira, furor, rabies, sella q; mersa styge.

Postulat innumeri Christum gens & recutita
Criminis, ipse sed est prorsus ad illa silens.

Præses Iesu inquit, cur non obiecta re fellis
Crimina, nunc quorum tu perhibere reus?

Sed nec responsi Christus dignatur honore
Pilatum, uisa est res ea mira cui.

Quò magè agit uerum miranda silentia Iesus,
Inualet hoc ipsi turba inimica magis:

Turbauit clamans, Iudæos usq; docendo hic,
A Galileorum finibus orsus, agros.

Mentio sed facta ut Galilææ est, Pomius ipsura
Gens natalitia hæc tunc rogat an sit ei.

Cumq; solum præses patrium didicisset Iesu,
Herodis quòd idem de ditione foret:

PASSIO CHRISTI

Herodi uinctum Regi transmisit Iesum,
Illis qui Solymis forte diebus erat.

Atq; ita quæ dudum cecinit Iessæ Thales
Carminibus, sit post tempora longa fides.

Quæ Latine doctè donauit carmine tali,
Hesiæci uertens Helia Musa cygni.

Eob. 22 Quis furor in tantam rabiem conuertere gentes,

Ps. 2. 22 Quæ potuit fremitus causa fuisse noui?

22 Cur populi toto tam friuola in orbe loquuntur?

22 Cur nullum finem terror inanis habet?

22 Nanq; rebellantes conspirauerunt tyranni,

22 Consilijs reges intumescere nouis.

22 Consilia aduersus Dominum insidiosa parauerunt,

22 Illius & Christo quæ nocuisse queant.

Herodi Christus sed erat spectaculum amœntum.
Gaudet uiso Rex celebriq; uiro.

Nanq; tenebat eum iam dudum cura uidendi,
Audierat de quo facta stupenda uirum.

Spes erat & Regi insolita & noua signa uidendi.
Herodis Christi facta potente manu. (di)

De uarijs ergo Rex percontatur Iesum,

Te, cadit at de spe, Christe tacente, sua.

Acrem impingebantq; dicam Christo scelerum qui
Astabant iusto gens inimica uiro.

Sed cum nulla daret responsaue signaue Regi,

Mendax de Christo fama uidetur ei.

Despicit illudens Christum tunc Rexq; prophanus,

Et Regis similes, satrapa, miles, eques.

Splens



CARM. ELEG. REDDITA. 68

Splendida & indutum Pilato ueste remittit,
 Maximus es Regi morio Christi tacens.
 Tunc casus propter Galilæos orta simulas
 Ponitur, in Christo finem habet ira suum.
 Progeniem assertum fuerat collecta, Iacobi Luc. 23.
 In libertatem, seditiosa manus.
 Seditiosa manus Galilæis finibus orta,
 Herodes quorum rexq; tetrarchaq; erat.
 Cumq; litando Deum patrio pro more uocarent
 In sua uota, ut eis fata secunda daret:
 Pontius hos fuerat præses sacra inter adortus,
 Aduertens in eos militis ense sui.
 Sanguinẽ & ipsorũ pecudum cum sanguine sacro
 Miscuerat, quæ odij causa latens erat.
 Nunc super at Christo discordia tollitur omnis,
 Foedera amicitie nunc feriuntur eis.
 Leuitas autem præses, populiq; magistros
 Conuocat, & populum, sicq; profatur eis:
 Hunc hominem adduxistis nobis, quasi gentis auitæ
 Vestræ euersorem seditiosus agat.
 Scitati uobis coram, ast inuenimus ipso
 Quorum accusatur, crimina abesse procul.
 Quinetiam Herodes, à quo iam iamq; redistis,
 Iudicat huic nullum crimen inesse uiro.
 Ecce nihil dignũ hic etiam cum morte patrãrit,
 Inuidia insonti est uelle nocere uiro.
 Ergo prius flagris casus mihi liber abibit,
 Fiat ut hac uobis nunc modò parte satis.

PASSIO CHRISTI

Mos captiuorum sed quendam à præsi de mitti
 Festa sub hæc, populo qui peteretur, erat.
 Vinctus cum socijs famosus latro Barabbas,
 Tunc cædis causa & seditionis erat.
 Turbaq; more suo poscebat uincla resolui
 Captiuorum alicui. Quæis ita præses ait :
 Me uobis uinctorum unum dimittere festo hoc
 Consuetudo uiri est, eligere ergo licet,
 Dimitti insontem potiusne uelitis iësum,
 Anne Barabbam, est qui sons, homicida, latro.
 Christus enim inuidia procerũ quòd traditus esset
 Norat, non credit proq; latrone peti.
 Proq; tribunali iudex cùm iam resideret
 Pilatus, monita hæc coniuge missa capit:
 Nil tibi cum iusto hoc sit, chare marite, negoci,
 Multatuli in somnis horrida propter eum.
 Sed plebis uariè tam mentem sollicitabane
 Magnates populi, pontificumq; tribus.
 Ferret & ut persuadebant suffragia uulgas
 Pro latrone, inter quò malè Christus, eat,
 Cùmq; iterum Isacidas, præses responsa petisset,
 Christus utrum mitti debeat, anne latro.
 Tũc simul exclamãt: Nõ hũc, sed mitte Barabbã,
 Mitte Barabbam, ast hũc opprime, tolle, nec a.
 Hic homicidiũ erat propter latro carcere clausus
 Quod Solymæ admissum in seditione fuit.
 Eripere ergo studens Christũ, sic rursus ad ipsos
 Præses: De Christo quid statuam ergo bono?

De,

De, quem uos Regem uestrum perhibetis, Iesu,

Nomina cui Christo, quid faciemus, ait.

In sano cuncti uerum simul ore fremebant:

Fige cruci scelus hoc, hunc crucifige uirum.

Pilatus contra: Quid enim malefecit Iesus,

Vllum in eo inuentum est non capitale scelus.

Ergo flagris caesus, licet insons, liber abibit,

Tunc apprehendit eum, flagra pati q; facit.

Præsidis at miles Christum prætoria ducit

Impius intra, aderat tota uocata cohors.

Flagella-
tur Chri-
stus.

Purpuream induitur chlamydem, capiti q; corona

Spinea, tum dextra mollis arundo datur.

Poplite tum flexo, uoce illudente salutant,

Christe Iudæe gloria gentis aue.

Israëligenum salue Rex inclyte Iesu.

Cæditur inde alapis, conspuitur q; miser,

Vapulat in q; caput percussus arundine, sceptri

Quam uice gestabat, ludificata manus.

Miles eum posito q; genu scelerosus adorat:

Gentibus est cæcis ludibrio q; miser.

Ergo iterum præses progressus, sic ait ipsis:

Produco caesum hunc, en miserum q; foras:

Vt cognoscatis, nullum me crimen in ipso

Inuenisse, luat cur mala damna crucis.

Prodiit ergo foras redimitus tempora Iesus,

Spinea cingebat aspra corona caput.

Prodiit indutus regali coccina more,

Tunc Pilatus eis, En homo, præses ait.

PASSIO CHRISTI

Sed magis augetur conspectio insania Christo,
 Plus exacerbatur iudaeica ira furens.
 Exclamantq; sacerdotes, populusq; minister:
 Tolle uirum Ponti hunc, hunc crucifige uirum.
 His accensa super Pilati bilis, cum inquit,
 Quin ipsi accipitis, figitis atq; cruci.
 Iudaei contra, diuinae oracula nobis
 Sum legis, summus quam Deus ipse tulit.
 Blasphemus fuerit qui in nomina sancta tonantis,
 Absq; ullo effugio hic emoriatur homo.
 Hanc legem reus est iuxta mortisq; crucisq;
 Progenitum quia sese asserit esse Deo.
 Asserit esse Deo, qui solus & unus habetur.
 Et colitur, sese patre tonante satum.
 Praesidis his magno mens est concussa timore,
 Leserit imprudens numina ne qua Dei.
 Quare iterum ingressus praetoria, dicit Iesu:
 Tu quis es, unde tuae stirpis origo uenit?
 Nil sed ad haec Christus. Cui praeses: Cur mihi Iesu
 Non loqueris? nescis iuraq; uimq; meam?
 An nescis quod damnandi mihi summa potestas,
 Dimittendi etiam sint mihi iura tui?
 Tum Christus: Tibi nulla foret damnare potestas,
 Desuper haec caelo mi tibi missa foret.
 Propterea uerè peccatum maius in illo est,
 Qui tibi damnandum me dedit innocuum.
 Exin iudaico Christum eripuisse furori
 Pilatus querit qua ratione queat.

CARM. ELEG. REDDITA. 70

Illi sed contrà magno clamore tonabant:
 Cæsaris hoc missus nullus amicus eris.
 Ipsum etenim qui se Regem dicitq; facitq;
 Quod facit hic, contra Cæsaris arma facit.
 Hic ergo tibi si fuerit dimissus, aperte
 Declaraste hostem Cæsaris esse tui.
 His uictus præses uerbis domiturq; labascit,
 Productoq; foras considet ipse reo.
 Inq; loco residet, dicunt quem Gabatha Ebræi,
 Lingua λιβόςπωτον que loca Graia uocat.
 Sed Latium Stratas. Hic occupat ergo tribunal,
 Dammare innocui Pontius ora uiri.
 Hæc q; Parasceua erat magni lux sabbati, at illud
 Magna nomen habet, sub quia Pascha cadit.
 Vel quia præ cunctis toto nascentibus anno est
 Clarius Ebræo conueniente uiro.
 Horæ tempus erat fierent hæc dum quasi sextæ,
 Que mediæ nobis tempora lucis erunt.
 Iudæis præses tunc, En Rex uester, at inde
 Turba magè insonuit capta furore graui:
 Et crucifigendum magno clamore reposcit,
 Aufer, tolle, boans, opprime, perde, nec a.
 Tolle, cruciq; uirum maledictum affigito, tolle,
 Pendeat ex merita de cruce nudus homo.
 Insurgitq; sacerdotum populiq; furenis
 Insanus clamor. Quare ita præses ait:
 Me Regem uestrum insani crucifigere uultis?
 Rex, aiunt, nobis quis nisi Cæsar erit?

PASSIO CHRISTI

Pilatus
lauat ma-
nus.

Se nil proficere Pilatus quando uidebat,
 Cresceret in populo cunq; tumultus iners,
 Poscebat pueros manibus latices Acheloi,
 Quis lotis, paucos hos dabat ore sonos:
 Huius noxa procul iusti sit sanguinis à me,
 Vos licet hoc per me grande piare nefas.
 Nos super hic sanguis ueniat, nostrosq; minores,
 Exclamat uoto gens fera Ebraea pari.
 Ergo satisfecisse putans consultius esse
 Iudæis præses, non licet æqua petant:
 Incurrisse grauem quàm magni Cæsaris iram,
 Hunc si dimissum liberum abire sinat:
 Crimine tum cædis, tum fontem seditionis,
 Latronem absoluit plebe petente uirum.
 Ast & ab Ebræis opprobria plurima passum,
 Gentium & expositum lusibus atq; flagris:
 Ligno affigendum, conuictum crimine nullo,
 Iustum damnauit plebe petente uirum.
 Exutus Christus chlamydem ergo ignominiosam,
 Impio ab indutus milite ueste sua est.
Christus
educitur
crucifi-
gendus.

Supplicij adq; locum crucifigi est ductus acerbū,
 Infelix humeris ligna crucisq; tulit.
 Inter ducendum uerò reperere Simonem,
 Ruffus, Alexanderq; hoc genitore sati.
 Cyrenis Libyæ genitus fuit urbe potente,
 Battus Aristæus conditor huius erat.
 Fortè Iacobæitunc ipsum prætercuntem
 Apprendere, & cum supposuere cruci.

Supple-

CARM. ELEG. REDDITA. 78

Supplicia ad maiora reseruantes pia Christi
 Defecta & pœnis, lassaq; membra malis.
 Ponè sequebatur multa ipsum turba popelli,
 Fœminei lachrymans atq; caterua chori.
 Hæ Christi miserabantur crudelia fata,
 Fœdantes miris pectora & ora modis.
 Ad quas conuersus forti sic mente profatur:
 Inclÿta uos Solymæ claraq; progenies,
 Fortunam deflere meam cessate malignam,
 Plangite sed uos & pignora quæq; sua.
 Nãq; dies procul haud absunt, quibus ecce malo-
 Insurget uobis, huic pelagusq; loco. (rum
 Quanta retrò seclis non sunt audita sepultis,
 Horrescem tantis secla futura malis.
 Exemplum toto gens hæc statuetur in orbe,
 Contempti pœnas dum luet ipsa Dei.
 Hæc sed ubi ueniens tristissima tempora, dicent:
 Felix quæ sterilis iugiter aluus erat.
 Felix ô genuit quæ nulla puerpera prolem,
 Vbera lactarunt quæq; beata nihil.
 Mōtibus heus dicent: Succurrite, adeste cadentes
 Nos super, obruite, & nos operite graues.
 Lamentādi equidē hæc ueniūt meditandaq; uobis
 Causa requirenda est tanta, & origo mali.
 Scilicet in uobis peccati pondus acerbum,
 In peccatores ira grauisq; Dei.
 Suppliciumq; seuera Dei sententia, plectens
 In Dominum peccant qui sine fine Deum,

PASSIO CHRISTI

In uiridi faciunt etenim si talia ligno,
 Arida quem fixem ligna habitura putas
 Si mihi (qui coeli latissima templa colentis,
 Natus ab eterno sum, Deus ipse, Dei.
 Et sine labe sacrum sumpsi de Virgine corpus
 Irati parsit non grauis ira patris.
 Si mihi totius mundi delicta ferenti,
 Crimina nulla pia cum mihi facta forent.
 Exarsit tantum patris indignatio iusti,
 Tanta sit immerito ut poena ferenda mihi,
 Quomodo peccatum pressis propriaque grauique
 Mole pijs nunquam sed sine fine malis.
 Quomodo tantorum mihi quique suere dolorum
 Autores, iusti parceret ira Dei.
 Ergo meam sortem quid deploratis iniquam,
 Quam potius curae sit sua cuique salus.
 Erudit his mulcens dictis muliebria Iesus
 Pectora sollicito plena timore, miser.
 Sed duo cum Christo quoque ducebantur Iesus
 Latrones, dira morte perire crucis.
 Inque loco, patrium Golgota nomen habente,
 Sistentur, neque viro lingua Pelasga uocat.
 Dicitur at doctis Latij Caluaria Musis,
 Quod malefactores hic malefacta luant.
 Felleum acetum ipsi hic, myrrhataque uina dedere,
 Sed libans non est usus Iesus ijs.
 Qui scelerum pendunt iustissima et ultima fontes
 Supplicia, his miseris quisque fauere solet.

Hisque

Hisq; mero, tristes abigit quod pectore cui. 46.
 Vel sicera curas fallere nempe solent.
 Et sapiens quibus est animi tristatus amaror,
 Tristitiam Bacchi pellere rore iubet.
 En data sunt autem pro uino fella et acetum,
 Pro sicera nata myrrhea uina Dei.
 In fomitem longi sumi hæc oblata doloris
 Pocula, ne possit non memor esse malum.
 Tali prædixit quod carmine Goliathaus,
 Cum caneret Christi tristitia fata sui.
 Quin mihi quã dederat sumis ægro in tẽpore du. 22. Eodẽ
 Mistæ uenenatis fellibus esca fuit. (re. 22. Ps. 69)
 Et mea mordaci turbarunt pocula aceto,
 Arerunt nimia cum mea labra siti. 22
 Affixere sacræ, tunc per uia membra forata, Crucifigi
 Et passas palmas, iunctaq; crura, cruci. tur Chri
 Hec est erexit quam Moses aenea serpens, stus.
 Ignea serpentum dum malè plaga furit.
 Sicut enim Mosi serpens erectus eremo est, Ioan. 3.
 Est exaltatus sic quoq; Christus homo.
 Ut cunctos ad se sursum trahat, omnis ut ipso Ioan. 12.
 Nec pereat fretus, saluus at astra colat.
 Ut, simul est quæ sum Christo crucifixa, resurgat
 Ad uitam simul et concio sancta nouam.
 Deleat ut nostræ, est et quæ malè conscia, mentis Coloss. 2.
 Sanguine cheirographum, figat idemq; cruci,
 Aëriasq; potestates ut exuat armis,
 Et regno uictor, sanguine, morte, cruce.

Vicq;

PASSIO CHRISTI

Ebra. 9. Utq; suo ingressus Sanctorum sancta sacerdos
Sanguine, nos ducat in loca sancta simul.
De crucis hac ignominia Davidica plectra
Docta futurorum sic queribunda sonant:

Eob. . . Circumnam uenere canes, me plurima circum

Ps. 22. . . Fœta malis, falsi prodiga turba stetit.

. . . Mortifero fodere manus mihi uulnere utraq;

. . . Peruia sunt pedibus uulnera facta meis.

. . . Omnia dinumerare queas in me ossa, sed ipsi

. . . Spectantes gaudent me mala tanta pati.

Hæc David. Similis uerum consortia poenæ,

Latrones alij tunc subiere duo.

Inter quos medius, scelerum quasi regna teneret,

Ceu maledictus item fixus Iesus erat.

Pro nobis equidem dira execratio factus,

Legis ut à diris eripuisse queat.

Protulit Esaiæ quæ lingua prophetica docti,

Inuenere suam tunc sacra uerba fidem.

Esaiæ 53. Quando ait: Ipse sibi quia non animæq; pepercit,

Moriger & mortis tela subire tulit.

Et malefactores inter reputatus iniquè est,

Fortibus à prædas & spolia ampla feret.

Tertia quando cruci Christus suffixus adhesit,

Hora fuit, Marci testificante fide.

Circiter at sextam quòd sit crucifixus Iesus,

Vera Ioannes uoce fideq; refert.

Temporis ast fuerit si quæ distinctio noris,

Non contrarietas ulla futura tibi est.

Hor 46

CARM. ELEG. REDDITA. 71

Horas uulgari numerat pro more Ioannes,
Consuetus templo mos tibi Marce placet.
Iudeos, populosq; suas Orientis at horas
Solis ab exortu dinumerare scias,
Sic quoq; distinguas templo quibus usus, & ullum
Non erit ambiguum, sed sua utriq; fides.
Prima tibi à solis fiat distinctio ritè
Exortu, hora cui tertia finis erit.
Temporis hoc horæ ueniet sub nomine primæ,
Tempus at ad sextam tertia dicta fiet.
Hanc inter nonamq; quod est tibi sexta uocetur,
Horam sic nonamq; undecimamq; uoces.
Annua fors an ad has mensurna, diurnæue sacra,
Et preculas Solymis distribuere suas.
Temporis hancq; fuisse docet Christus rationem,
Quando conductos uineam inire iubet.
Talis est & hodie horarum distinctio templis,
Nomina quæis Canones Græca dedere sua.
Temporis est ergo hic inconuenientia nulla,
Et diuersa tenet nomina tempus idem.
Plenè quæ Marco nondum transacta uocatur
Tertia, huic instans sexta uocatur ea.
Instanem includit sextam quoq; tertia Marci.
Sic ueri uerax testis uterq; manet.
Horæ tem. Prima. Tertia. Sexta. Nona. Undec.
pli,
Horæ uulg. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.
Iudeorum,

PASSIO CHRISTI

De cruce sed Christus pro transgressorib. orans,
 Id quod prædixit regius Esaias.
 Mi pater, hanc populo, dicebat, mittito noxam,
 Cecus enim ignorat non pia facta sua.
 Pilatus uerò meriti causaq; trilingues
 Erexit titulos, imposuitq; cruci.
 Hic est Iudaicæ Christus rex gentis Iesus,
 Nazara cui nomen patria clara dedit.
 Hunc Græcus tali titulum sermone legebat,
 Supplicij ne quem causa latere queat,
 Κοίρων ὅτι ἐστὶ ἀέων ἐσὶν γε ἰησοῦς,
 ὁ πατρῶα πόλις Ναζαρεθ ὅτι γλυκὺς.
 Hic etiam Ebræo est titulus sermone notatus,
 Scilicet ut toto notus in orbe foret.
 יֵשׁוּעַ הַנּוֹזְרִי מֶלֶךְ הַיְהוּדִים
 Ieschua hanozri melech haiehudim.
 Lectus est multis uaria de gente profectis
 Iudæis, aberat non procul urbe locus.
 Pontifices ergo mutari uerba petebant,
 Mutatum paucis sic titulumq; legi:
 Hic qui se genis Regem esse professus Ebrææ est,
 Christus Iesos erat, Nazaret huic patria est.
 Quæ scripsi, Pilatus ait, nunc scripta manebunt,
 Nec reuocare mihi scripta priora sedet.
 In partes Christi tunc uestimenta quaternas
 Carnificum impure distribuere manus.
 Texta sed inconfutilibus quia erat toga Christi
 Nexibus, haud ipsam disseuisse placet.

Ergo

CARM. ELEG. REDDITA. 74

Ergo super tunica sortem misere, quis illam
 Possessam ad sortem posset habere suam.
 Nec casu factum esse putes, hoc regia longo
 Amē prædixit tempore Musa fore.
 Partiti securè meos se, ait, inter amictus,
 Et mea sortito subdita uestis erat.
 Militibus labor hic seruandi curaq; Iesu,
 At stabat spectans mobile uulgus idem.
 Astabat simul & crudelia funera nati
 Insonis spectans Virgo Maria parens.
 Et Miriam Clopæ coniux, matertera Iesu,
 Magdalon atq; cui nomen habere dedit.
 Cumq; suam Christus matrē propè stare uideret,
 Præ reliquis charum discipulumq; sibi:
 Tali compellat miserandam uoce parentem:
 Fœmina dilectus filius ecce tuus.
 Deinde suam casto commendat matrem Iōanni,
 En pie Ioannes hæc tibi mater erit.
 Tempore ab hoc cōmendatam pro matre recepit
 In sua Ioannes, te pia Virgo, pius.
 Vnde tulit legis iuxta promissa quaternæ
 Cernere uitæ stamina longa suæ.
 At populus Tragici spectator Dramatis huius
 Insultat misero non nocuoq; uiro.
 Hic ludens Christum naso suspendit adunco,
 Sannio sed medijs unguibus ille notat.
 Ringitur hic quassatq; iubam mastigia fuluam,
 Allatrat Christum sed balatro ille sacer.

ps Eob.

ps Ps. 22.

PASSIO CHRISTI

Vab tun' ille uir es, templum qui destruis alti,
Aedificasq; tribus solibus illud idem.
Ipse tibi ser opem, lignumq; crucemq; relinque,
Si satus es forti coelicolaq; Deo.
Ecce magistratus etiam conuitia Christo
Cum sannus dicunt, nec modus ullus adest.
Hic alios cum seruârit, se nunc iuuet ipsam,
Si Deus ipse, Deoq; est genitore satus.
Sicq; sacerdotum princeps, gens atq; senatus,
Et scriba in Christū spargere probra student.
Ecce uirum, cuius Circaea potētia multos
Seruauit, nunc est auxiliij omnis inops.
Nunc cruce descendat, si uerè est filius ille
Electus Domini, Nubicolaq; Dei.
Eia age descendat, uerè uideamus ut an sit
Christus, erit nobis & bene facta fides.
In bonitate Dei posuit spem, liberet ipsum
Ergo Deus, sibi quem prædicat esse patrem.
Liberet ergo Deus natum, si fortè libebit,
Vah uellet natum destituisse Deus?
Quin etiam genus inuisum, sitiensq; rabentis
Sanguinis, & Marti gens inimica minus,
Non cessant dictis probrisq; incessere Christum,
Quin ipsum te, Rexes quia Christe, iuuas?
Nec non hoc ipsum Christo exprobrare latrones
Sunt ausi, par est poena soluta quibus.
Quippe sinister in hæc prorupit uerba sinistra:
Nos tecum serua, si potes orte Deo.

Dexte-

CARM. ELEG. REDDITA. 75

Dexterioris id ingenij latro dexter iniquè
 Et tulit, impurum corripuitq; uirum.
 Impie tu nec, ait, metuis Dominumq; Deumq;
 Par fatum quando suppliciumq; luis.
 Nos equidem iusta ferimus mala nostra latrones,
 Digna q; factorum præmia percipimus.
 Huic uenit indignè sed poena dolenda, nec ipse
 Promeruit luere hæc tristia damna pius.
 Conuersusq; ait, ô Deus ô miserere precantis,
 Nam potes, et miserum respice, tolle, iuua.
 Ingressusq; tuum cœli regnumq; thronumq;
 Mi Deus, ô mea spes, queso memento mei.
 Cui Christus: Verè tua spes tibi certa manebit,
 Nanq; hodie mecum te Paradisus habet.
 At cœli medio iam Sol altissimus ibat,
 Quando cadit media curtior umbra die.
 Ille suum cernens Dominum, mundi q; parentem
 Sic indigna pati, et pendere damna crucis,
 Restitit, obstupuit, pulloq; indutus amictu est,
 Et potuit non tam cernere grande nefas.
 Abiecitq; auro radiantem igniq; coronam,
 Detrectans terræ lumina clara graui.
 Et ni factorum monitis didicisset læsum
 Hæc euasurum damna, piacula, mala:
 In tenebris uitam decrêrat degere cunctam,
 Cuncta dare et terræ iura Diana tibi.
 Cùm uerò hora diei nona esset, Christus aperta
 Et gentilitia uoce precatu ita:



PASSIO CHRISTI

אלי אלי למה עזבתני
Eli Eli lamma asabthani.

Reddidit Hesiaci pia, sobria, docta Maronis
Has tali docto carmine Musa preces:

Eob. „ Mi Deus, ô anime spes unica & ultima nostra,
„ Omnia qui rerum iura salutis habes.

Ps. 22. „ Cur Deus abiectum me ita tempore deseris isto,
„ Quo tibi præcipuè respiciendus eram?

„ Indoctum hæc uulgus non doctè uota precantis
Accipit, Heliam quòd uocet ipse putans.

Fiat at ut per cuncta satis fatoq; sacrisq;
Oraculis, Christus me sitis inquit, habet.

Plena erat in promptu mordaci seria aceto,
Spongia in hoc cuidam permade facta citò est.

Hyssopo circumposita ac in arundine longa
Oblata est Christo, & scommata iacta in eum.

Nam Christum tristi qui tunc potabat aceto,
Irridens reprobo perfidus ore pium,

Helias, uideamus ait, ueniâtne Prophetes,
De cruce qui ponat, suppetiasq; ferat.

Eia alij simul exclamant, spectemus an ipsi
Helias cœlo præstò futurus erit.

Ergo acidum postquam laticem gustasset Iesus,
Omnia sunt inquit, ritè peracta mihi.

Omnis & est mihi nunc fortuna peracta ferendo,
Inuenere suam nunc sacra scripta fidem.

Pòst ualida exclamans hæc uoce, nouissima uerba
Dixit, se patris dedidit inq; fidem:

Mi

CARM. ELEG. REDDITĀ. 76

Mi pater, ô pressura cui mea maxima cura,
 Qui rebus miseriis mite leuamen ades:
 Hanc animam tibi cōmendo moriturus anhelam,
 Inq; tuas pono mente libere manus.
 Dixit, & hac animam moriens cum uoce reliquit,
 Vultu inclinato, mente petente polum.
 Hæc finis Christi satorum, hic exitus illum
 Sorte tulit, corpus pendet inane cruce.
 Nunc quibus ornârit sanctissima funera nati,
 Qui sine sine Deus, signa stupenda canam.
 Terna Tabernaculi ueteris templiq; fuere
 Distincta, & certis usibus apta loca.
 Sanctorum sanctum primus sanctissimus idem,
 Dicitus erat clarus religione locus.
 Fœderis hic posita arca fuit, tabulæq; thronusq;
 Placandi Domini thuribulumq; sacrum.
 Fas erat hunc uni tantum spectare quotannis
 Pontifici semel, haud absq; cruore tamen.
 Sanguine tumq; Deo pro se populiq; litabat
 Delictis, foret ut fœderis ipse memor.
 Sanctū erat in medio templi, sed parte secunda,
 Hicq; tribus Leui sacra diurna tulit.
 Semen Aaronū hic Dominoq; incensa adolebant;
 Obryso ex auro hæc araq; fusa fuit.
 Aureaq; hic panum fulgebat mensa sacrorum,
 Candelabrum auri & fusile pondus habens.
 Carbasus absq; aureis quatuor suspensa columnis;
 Inter erat paries hæc duo sancta loca:

PASSIO CHRISTI

Ne possent cerni mysteria sacra prophanis,
Atq; prophanari templa habitanda Deo.

Eob³ „ Quod uia nondum esset certò patefacta salutis,

Ps. 12. „ Tecta sed inuolueris significante Deo.

Atria sed templi populo sacrata fuere,
Aenea sunt posita hoc Ara, labrumq; loco.

Ecce autem limes Sanctorum carbasus illa
Scissa est in medio, nato obeunte Dei.

Iamq; reclusa patent mysteria sacra quibus suis,
Iamq; patet coeli te duce Christe uia.

Quinetiam magno tellus, concussa tremore,
Plurima Nicæ hoc tecta ruisse ferunt.

Durities Adamantæa est et scissa petrarum,
Bustaq; multorum tunc patuisse liquet.

Turbaq; sanctorum rediuiua Acherone relicto,
Christe triumphantem est te comitata ducem,

Et solymas subijt cæcis progressa sepulchris,
Et multis uisa est amne redisse Styge.

1. Cor. 15. Mors ubi nunc stimulus nulli parcens tuus extat ?
Sunt ubi nunc dentes tristis Auerne tibi ?

Osee 13. Omors, mors moriens tua factus Christus Iesus,
Fortis Auernus et est factus Auerne tibi.

Non igitur tellus, non rupes, bustaue quenquam
Amplius impediunt surgere morte nigra,

Sed fuerat Christo qui custos additus, astans
Centurio, fierent quamq; stupenda uidens.

Hic, ait, et uerè iustus fuit, hicq; tonamis
Vera Dei soboles indubitatus erat.

Laudibus

Laudibus & miles suberat qui Centurioni,
Pensabat linguae dicta petulca suae.

Turbaq; spectatrix magno percussa timore,
Pectora pungebat domata nota petens.

Alongè uerò noti, cognati & amici,
Lugebant Christi tristia fata sui.

His aderat muliebris item chorus, hæ Galilææ
Sunt comitata ipsum sub Solymæa sola.

Quas Maria intererat, Nilotica nomina gestans,
(Aegypto tribuit Magdalon Helciades.)

Hier. 43

Iosetisq; Maria parens, fratrisq; Iacobi,
Et Zebedæe tibi iuncta Saloma uiro.

Hæ Christo fuerant Galilæo rure ministræ,
Atq; aliæ Christo quas sociârat amor.

Sed quia sabbati erat lux illa Parasceua magna,
Festo hoc penderent corpora ne qua cruce:

Præfectum proceres Pilatum adeunt recutiti,
Cruribus, & poni, corpora fracta rogant.

Crura duùm quare tunc sunt confracta latronū,
Integra sed Christi mortua membra manent.

Verùm animam quia posuerat, non sensile miles
Hastæ eius læuum uulnerat ense latus.

Vulnere continuo defuncti corporis ecce
Manabat sanguis purus aquæq; liquor.

Testis is est huius præsens qui talia uidit,
Eius & est testans indubitata fides.

Certus & est idem certissima testificari
Se, dubitet ne fors hoc super ullus homo.



PASSIO CHRISTI

Accidit haud horū temerè quia quicquā in Iēsu,
Scripturæ sed quò sit sua certa fides.

Exod. 12 *Quæ canit, Os nullum uos comminuetis in illo.*

Zach. 12 *Atq; alibi: Cernent quem pupugere uirum.*

Sed ad occiduas cum iam diuerneret arces,

Venit Iosephus ciuis Arimathie,

Iustus, honestus erat, diues uir hic, atq; senator,

Occultus Christi discipulusq; metu.

Nec procerum iustus suffragia sacra probarat,

Infontem contra, non nocuumq; uirum.

Regna etenim promissa pijs silonia dudum,

Cernere gaudebat desiderata diu.

Qui posita carnis stulta formidine, si dens

Pilatum Christum se cruce ferre, petit.

Verum egisse animam præses narratur Iesum,

Tempus & accito Censurione rogat.

Certior huius erat factus cum, corpus Iesum

Donat Iosepho, mandat eiq; dari.

Sindone qui parta nummis, amicitiauit Iesum

Corpus, & en iunxit se Nicodemus huic.

Hic de nocte latens Dominum conuenerat olim,

Funebria huic at nunc soluere iusta parat.

Miscuerat centum pondo myrrhæq; aloësq;

Ultima ad officia hæc exequiasq; ferens.

Munda, cū aromatibus, quocirca in linthea uoluūt

Corpus: sic genti mos sepelire Dei.

Caluæ aderat uerò Golgothæ proximus hortus,

Huic monumētū merat, quod caua petra dabat.

Esse

Esse sibi Ioseph monumentum exciderat illud,
 Hoc sua decrêrat ponere membra specu.
 Nec defunctorû hac prius est quis sede receptus,
 Fata reuicturo hanc contribuere uiro.
 Conditur huc Christus, quod sabbaton illuceret,
 Festa oriuntur eis nocte priore quia. Sepeli-
 Nec propius aliud monumentum. Longius autem tur Chrô
 Sabbaton exequijs uelle uacare uetat. stus.
 Immani ergo fores monumenti pondere saxi
 Claudunt, sollicita pro pietate sua.
 Matronarum autem lugentium turba resedit
 Ex tumbæ aduerso, tristia busta notans.
 Cumq; locum, positumq; sui obseruasset Iesu,
 Ad proprios remeant scemina, quæq; lares.
 Sollicitè coëmum preciosaq; aromata, uerùm
 Sanctè agitur moestis septima sancta quies,
 At Phariseorumq; sacerdotumq; priores
 Pilatum sancto hoc unâ adiere die.
 Pontifices, rerum cui summa potestas
 Nostrarum, ausculta nos placida aure bonus.
 Verborum in mentem nobis, quæ dixerat ille
 Impostor, uenit, quando superstes erat:
 Post tres morte dies, quod sit rediturus ad usum
 Humanum uitæ, regnaq; clara potens.
 Ergo dato communiri custode sepulchrum
 Præcipe, prædictum tertium ad usq; diem.
 Illius, incustoditum ne fortè, ministri
 Si rapiant, dicant uiuere rursus cum,

Sis

Proinde nunc noctem recolens choruscam,
 Qua puer natus, datus estq; nobis,
 Tollo sic linguam, sequor angelumq; hæc
 Carmina pangens.

Gaudium magnum iuuenes, senesq;
 Virgines, matres, hominesq; cuncti,
 Obtigit nobis hodie atq; in ævum,
 Pandite mentem.

Angelus celso uolitans Olympo
 Clamat, atq; omnes uocat ad paratam
 Mensibus pacem, dare quam uenit iam
 Christus Iesus.

Bethlehem Iudæ oppidulum pusillum
 Accipit Christum sobolem tonantis,
 Spiritu sancto uenientem, et ipsa
 Virgine matre.

Sicuti uates eccecinat disertè,
 Bethlehem Iudæ minimam nec esse
 Principes inter, nitidas et urbes
 Gentis Ebrææ.

Namq; dux ingens populum gubernans
 Surget ex te, quem cupient tenere
 Quotquot os eius capiunt suaue,
 Verbaq; sancta.

En Magi Solis ueniunt ab ortu,
 Fulgidum hos sydus uehit atq; monstrat,
 Quò sit hic infans positus locorum,
 Dona daturi.

Haud

ODE SAPPHICA

Haud eum Scribæ Pharisæumq;
Vulgus agnouit tumidum ac superbum
Legis oraculis, ueterumq; scriptis
Aethere missis.

Negligunt Christum Dominum potentes
Principes urbis Solymæ uetustæ,
Queritant illum colere & uereri
Extera regna.

Vagit in cunis puer ecce paruus,
Quem tremunt cœli, chorus angelorum
Concinit Regem Dominumq; adorant
Omnipotentem.

Non uenit dirus ueluti tyrannus,
Moribus sæuis tetricoq; uultu,
Territans quotquot cupiunt uidere, ac
Deuenerari.

Offerunt ergo sua munera illi
In domum ingressi duce tam chorusco
Lumine, & cernunt Mariam atq; Ioseph
Cum puero ipso.

Hesitant nulli, sed enim reclinant
Sese humi, promunq; tulere quæ tum,
Aureum munus rutilum, Sabææ
Donaq; gemis.

Thuranimirum, lachrymasq; myrrham
Arboris, pellit putre quæ quod exest
Corpus humanum, prohibetq; uirus
Perdere quenquam.

Aureum

AVT. IOAN. LONIC.

Aureum munus decus est ualentis
Regis, hoc signant puerum esse regem
Machinae mundi, maris atq; terra,
Coelicolumq;.

Thura complacant superos, & aras
Excolunt diuum, puerum esse numen
Hoc uolunt ingens, sobolemq; patris
Cuncta creatis.

Condiunt Regum quoq; funera, atq;
Principum, ut multos maneant per annos
Salua per myrrham, neq; rupta praestent
Vermibus escam.

Ergo per myrrham uoluerit nobis
Indicare hi, quod moriturus ipse
Sit quidem, sed post sua fata saluus
Sit rediturus.

Sparsit postquam radios rubentes,
Ipsa Tithoni croceum mariti
Deserens lectum, uice tertiaq;
Fulserit Eos.

Mente suscepit placida Magorum
Munera haec Christus, retulitq; saluos
Ad lares tuto fideiq; plenos,
Letitiaq;.

Non eos turbant humilis paratus,
Fasciae uiles, tenuesq; cunae,
Virginis matris modica & supellex,
Dura & egestas.

Hinc

ODE SAPPHICA

Hinc Magi quando remeant loquuntur
Dulciter secum, bona tanta corde
Ritè librantes, trutinando quanta haec
Sint documenta.

*in mensis
Magorū.*
Purpura fulgent retinentiq; serum
Vellera ac texcus dominorum in aulis,
Liberi ac cunae, strepitantiq; fastu
Cuncta tumentiq;

Vititur uerum ratione longè
Hic Deus caelorum alia: repugnat
Captui quæ sic hominisq; menti
Funditus ipsa.

Nemo magnatum uel opum renidens
Copia querat latitare Christum
Talibus formis, humili figura
Schemate serui.

Spiritu paruis Deus alta pandit
Hæc sacramenta, & tenet illa clausa
Mentibus fastu tumidis, & omni
Crimine fœdis.

Posthabent uitam superum futuram,
Rebus intemi modo terreis hîc,
Vnde non possunt capere ista celsi
Munera patris.

Vidimus magni puerum parentis,
Qui quatit nutu solum & astra quando
Complacet, patres cecinere ut olim,
Virgine natum.

Dicimus

AVT. IOAN. LONIC,

Olcimus grates Domino polorum,
Qui regens axes moderatur altos
Syderum cursus, patefecerit quòd
Condita seclis.

Gaudium nostras replet ergo mentes,
Vidimus mundo referet salutem
Qui suam, nobis dabit atq; uitam
Non morituram.

Pace nunc leti redcamus ipsi,
Quando Rex regum scelus omne nostrum
Auferet, secum facietq; caelo
Viueret tandem.

Non uidet gens hunc Solymorum adesse,
Pallitur quando putat hunc caterua
Militum longa comitante Regem ino
cedere magnum.

Cernet haud ferro, seriet nec ipse
Hostias turbas iaculis, sagittis,
Quas iacit Maurus ualidas, ciet cum
Prælia dira.

Mensibus pacem feret hic salubrem,
Auferet molem scelerumq; cunctam
Christus, in cunas pecorum situs præ
sepia dura.

Bethlechem rectè sonat ipse panis
En domum, Christus quia panis ille
Viuus è caelis homo natus astat
Conspiciendus.

L

ODE SAPPHICA 73

Sic Magi secum redeundo fantur,
Diuitis Cræsi caperent, nec aurum
Tantali, nec uel Pelopis talenta

Sumere flagrent.

Gaudijs his præ quibus esse plenas
Sentiunt mentes, quia uiderint hi
Patris æterni sobolem, ac beatæ

Pignora matris.

Summus acciuit pater à remotis
Hos Magos terris, populo sopore
Obruto charo. Voluit per hoc quid

Significare?

Quòd uocet gentes atheas beatam ad
Coelitum sedem, populo repulso,
Filio nolit quoniam obsequi. hoc uult

Significare.

Haud ad Herodem redeunt tyrannum,
Per soporem ipsi moniti suauem,
Alteram ingressi remeant uiamq;

Patriæ ad oras.

Tum suo uolens animo hæc tyrannus,
Ex Magis, inquit, faciem puelli,
Quaq; sit forma, latitetq; discam

Rex ubi paruus.

Ense transfigam ualido, nec unquam
Me uel hæredes solio repellet
Regio, quantum modò cunq; stella

Fulgeat eius.

Statq;



Statq; decretum puerum recenter
 Editum in lucem, dare leto, & orco
 Mittere, ut non sit metuendus ille

Tempore quoquam.

Non potest quicquam scelus execratum, &
 Astus Herodis: super astra regnat,
 Qui gerit curam pueri tenelli,

Conditor orbis.

Hic eum seruans, manibus cruentis
 Liberat regis, mala multa secum
 Mente uoluentis, queat ut modo ortum

Perdere Christum.

Cæcus in se uam ruit ergo prorsus
 Iram, & accensus furit instar ignis,
 Obuium quoduis rapiemtis, atq;

Cuncta uorantis.

Ad modum hunc se uit catulis abactis
 Tigris immanis, lea rugiensue,
 Quando uindictam meditantur acri

Bile citata.

Tempus est iam nos properemus omnes
 Ad Dei gnati stabulum atq; cunas,
 Blandulum, mitem puerum cubare hic

Inueniemus.

Huic se adaptabit studiosus omnis,
 Huic reuelabit sibi quodq; cordi est,
 Ac malis poscet medicinam ab illo

Rege medentum.

ODE SAPPHICA.

Relicit non te, modò corde fido,
Ipsius numen precibus fatiges,
Audiet, sicut tibi pollicetur,

Vota precesq;
Parvulus natus, datus estq; nobis
Filius magni patris ipse Christus,
Obsecratum istum reputabit hæc qui
Meme fideli.

Cornu Amaltheæ nihil est ad hunc, si
Conserat quisquam puerum inuolutum
Fascijs, illo in stabulo caesaq; huic
Copia maior.

Perditi certè fueramus omnes,
Haud erat qui nos reparare posset,
Faucibus haustos Erebi profundi
Fraude doloq;.

Machinae mundi pater atq; rector,
Filium misit precium salutis,
Ut bearet nos, faceretq; saluos
Obside tanto.

Nos tibi Christe ferimus per omnes
Gratias æuum, tibi tendimusq;
Nunc manus puras, auidè precantes
Pectore toto :

Ut tuum terris honor augeatur,
Audiant cuncti tua sancta uerba,
Te λόγῳ patris coluisse pergant
Corda honorum.

Dicit

AVT. IOAN. LONIC.

Dicimus grates tibi Christe magnas,
Explicandas haud hominiqu; cuiquam,
Factus es nobis quoniam redemptor,

Vna salusq;.

Carne suscepta tenera è Maria
Virgine irrupta, reparasti nobis
Gratiam summi patris, & fauorem,

Optime Christe.

Hinc tibi sit laus, decus & perhenis
Gloria & splendor, simul amplitudo,
Christe qui regnas patre cum polorum, &

Cum Paraceto.

Hanc tibi hanc Oden hilari dicamus
Maximo Christo Domino Deoq;
Mente, nam per te patet ipsa summi

Ianua caeli.

Per tuam sanctam genesin precamur,
Ut trahas nos è mediis malorum
Turba, & arumnis quibus implicati

Sternimur omnes.

Tecq; natales petimus per ipsos
Christe per sanctos, quibus innotescis
Finibus mundi, pelago atq; terra

Ciuiibus almae.

Cosaris magni modereris iras,
Principem ut reddat, neq; in hoc grauetur,
Patrie nostrae queat ut praesse

Pastor ut agnis.

2 8

ODE SAPPHICA

Carolo det sic Deus edomandam
Turcicam gentem, lacerare Christi
Quæ solet mandras, laniare ouile

Dira feroxq;

Virginem afflictam eripias precorq;
A procis, illam uiolare tentant,
Irruunt inq; hanc petulante motu

Turba proterua,

Quæso te proles patris alma summi,
Me meis uerbis regito atq; factis,
Ut tibi possim placuisse semper,

Maxime Christe.

Perq; natales precor ipse pulchros,
Ut mihi uitæ spacio supremo
Prestò sis, et me referas ad alti

Sydera cœli.

Dormiens in te, recinam tuasq;
Maximas laudes, habiturus in te
Gaudium, uiuens patria futura


Christe redemptor.


Ac meos natos tenerasq; proles,
Sub tuas alas capias tegasq;
Ne cadant ullum in uitium scelusq;

Obsecro Christe.


Hæc uelut ex animo deprompsi carmina Christo,
Sic me præsidio firmet ubique suo.

A M E N.










155709

ХРОНОЛ



HISTORIA
PASSIO
NIS, MORTIS, SEPULTURAE ET
Resurrectionis Iesu Christi, Interro-
gationibus & Obiectionibus ex-
plicata: & Iconibus arti-
ficiosè expressa.

*In gratiam & usum Scholarum pueri-
lium, ut separatim prælegi &
enarrari pueris possit.*

LVCA LOSSIO Luneburgensi
Autore.

*Eadem carmine Eleg. reddita, per Ioan.
Loniterum, Filium.*

ACCESSIT ITEM ODE SAP-
phica, in Christi filij Dei natiuitatis gloriam
conscripta, per Ioan Lonice-
rum, Patrem.

